

in cap. in nostra 11. de sepult. Fr. Emman. in sum tom. 1. cap. 219. n. 6. Spin. d. gloss. 1. num. 41. optimè Henlib. 11. c. 3. §. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 76. num. 18. Cened. pract. & canon lib. 1. q. 30. à num. 45. Francisc. Molin. de rit. nupt. lib. 2. differ. 21. n. 88. Hurtado de Matrim. disp. 5. diff. 6. n. 19. Aloyf. Ricc. in decis. part. 2. decis. 108. à n. 1. Marchin. de Sacram. Ordinis tract. 1. part. 5. c. 6. n. 20. ubi cum Sanch. lib. 3. de Matrim. disp. 23. num. 7. ostendit non posse Parochum originis assistere Matrimonio, sed hanc assistentiam spectare ad Parochum illum, sub cujus Parochia quis habitat. Nam licet Parochialitas ex sola habitatione constituatur quoad Sacramenta necessaria, veluti Confessionis, & Communionis, Abb. in cap. in nostra, num. 11. de sepult. Sanch. d. lib. 3. disp. 23. sub num. 21. vers. tertio probatur, Lotter. d. lib. 1. q. 20 n. 41. nihilominus tamen ad effectum usus Sacramentorum voluntariorum, quale est Matrimonium, attenditur formale domicilium, Basil. Pont. de impedim. Matrim. c. 26. §. 5. Guttier. de Matrim. c. 63. quos refert Lotter. d. q. 20. n. 52. Qua retenta nõ obstant quæ pro contraria adduxi: in primis ad illationem, quod scilicet is est proprius Parochus ad conjungendos aliquos Matrimonio, qui in cap. omnis utriusque sexus, appellatur proprius Sacerdos ad audiendas Confessiones respondemus illam negando, quia in casu necessitatis possunt percipi Sacramenta in loco habitationis, prout constat ex declaratione Eugenii IV. qui declaravit eos, qui tempore Paschatis nequeunt commodè ad suas Parochias accedere, jure posse in Parochia, in qua degunt, Sanctissimum Christi corpus accipere, ut docet cum aliis Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 30. aliàs ult. quæst. 8. ergo illa in qua debebant, non erat propria Parochia; nam si fuisset, privilegio opus non esset, aut indulgentia. † Ad text. verò in d. c. quæsti, respondetur esse specialem, & expressam dispositionem Juris, decimas prædiales deberi ubi prædia sunt; personales verò ubi Sacramenta ministrantur, cap. ult. de Paroch. cap. ult. de sepult. in 6. Deinde in text. in d. cap. ult. de Paroch. responderetur ibi esse sermonem de his, qui recuperata † Aconensi civitate, aliis occupatis ibi domicilium elegerant, alio relicto, quod in hostium potestate erat, itaque potius ibi censentur Parochiam nancisci ratione domicilii: idque constat, quia existentibus aliarum Urbium Episcopis, postea ad ea non sunt reversi, quamvis in eis prædia haberent; non autem idem est in aliquo loco prædia habere, & domicilium. Denique ad text. in d. cap. in nostra, respondetur † in citatis verbis, junctis præcedentibus, non probari esse solvendam quartam Parochiali Ecclesiæ, de cujus Parochia extrahuntur corpora mortuorum; expressè enim agitur de Parochianis alterius Ecclesiæ: sunt etiam verba illa in narratione facti, in responsione verò dicit Pontifex solvendam esse quartam Parochiali Ecclesiæ, unde examinandum quæ sit, & cujus Ecclesiæ aliquis dicatur Parochianus?

63 Verum novissimè in Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardinalium Sacri Concilii Tridicini interpretum, die 26 Junii 1621. dum dubitaretur, an relegatus ad certum locum pro tempore arbitrio judicis mensurando, deberet Matrimonium contrahere coram Parocho loci in quo relegatur, an illius ubi domicilium habeat, decisum fuit coram Parocho loci, in quo erat relegatus, Matrimonium esse contrahendum, ex ea tantum ratione, quia sufficit præsentia Parochi habitationis, juxta primam sententiam, quam supra retulimus, propter quam decisionem hanc sententiam in praxi sequeretur, sed in Juris rigore aliam Panormit. libentiùs defenderem. Ex quibus ad praxim.

64 Primò infertur, non opus esse expectare, ut majori anni parte hi in Parochia, vel Diocesi habitent, sed

statim ac animum habitandi majori anni parte habentes incipiant habitare, effici Parochianos, & posse omnia dicta erga illos exerceri: sicut enim ad domicilium nulla temporis habitatio requiritur, sed statim ac incipit habitare cum animo perpetuò manendi illud acquirit, ut multis citatis dixi alleg. 4. n. 22. cum seqq. sic statim ac quis incipit habitare cum animo perpetuò manendi in Parochia, efficitur Parochianus. Ita Sanch. d. lib. 3. disp. 23. n. 14. Marcel Vulpe in d. praxi, c. 15. n. 16. in fin.

Secundò infertur, ad institutum Sacri Concilii proprium Parochum esse ad Matrimonium, Parochum uxoris, si Matrimonium in domo uxoris contrahatur, quando scilicet vir accepit ad domum uxoris pro contrahendo, vel consummando Matrimonio. Ita ex aliis decisum refert Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarra, lib. 4. tit. 15. lib. 1. de Matrim. in declarat. num. 15. & 17. Fernandez dict. part. 3. cap. 18. §. 1. num. 11. Ferentil. in annot. ad decisiones Buratti, decis. 713. novissimè Marcel. Vulpe in dict. praxi c. 15. n. 16. Quando verò Matrimonium est contrahendum inter virum, qui sit de una Parochia, & mulierem, quæ sit de alia, sufficit quod intersit Parochus habitationis fœminæ, quando contrahitur in Parochia habitationis uxoris; & sufficit Parochus viri quando contrahitur in Parochia habitationis viri, quia cum propriè Parocho committatur suum Parochianum Matrimonio conjungere, censetur etiam commissum alienum cum suo conjungere, cum hæc necessariò connexa sint, argum. l. 2. de jurisd. omnium jud. & cap. propterea, de offic. deleg. cum aliis citatis in libello de principiis utriusque juris. lit. N, n. 5. ita ex mente Concilii declarasse Sacram Illustriss. Card. Congreg. referunt Salzed. d. cap. 76. vers. decimoquarto, Navar. in man. cap. 26. n. 144. & consil. 3. sub tit. de clandest. desponsat. n. 1. in novis, Spin. d. gloss. 15. n. 47. Segur. Davalos in direct. judicium Eccles. part. 2. c. 15. n. 47. Armendar. d. loco n. 17. Trivisan. decis. 23. n. 3. lib. 1. Ugolin. d. c. 15. §. 10. n. 3. Francisc. Molin. d. differ. 11. n. 89. post Henriq. Fr. Emman. Veg. Petr. de Ledesm. Vivald. & alios Sanchez d. l. 1. disp. 19. per totum, & præcipuè n. 4. Paul. Layman. in Theolog. moral. l. 5. tract. 10. part. 2. c. 5. n. 10. Hurtado de Matrim. disp. 5. diff. 6. n. 20. Marcel. Vulpe d. c. 15. n. 16. & celsuit Rota decis. 390. n. 6. apud, Farinac. p. 2. recent.

Tertiò infertur, Parochum ruralem non posse proprium Parochum, quando rus vel recreationis gratia habitat, aut ad paucos dies tantum incolitur, eo quod probatum est, contrahentes non solere esse ruri majori parte anni, nec etiam pro dimidia, sed tantum per tres, aut quatuor menses. Quare censuit Rota Roman. in noviss. decis. 656. part. 1. & tenent Menoch. cons. 398. n. 6. 16. 21. & 37. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de exempt. cleric. à stat. sacul. §. 5. n. 8. cum seqq. Seraphin. decis. 615. Aloyf. Ricc. de resol. 214. n. 2. Franc. Molin. de differ. 11. n. 90. Sanchez dict. lib. 3. disp. 23. num. 12. Guttier. de Matrim. c. 63. n. 7. Bonacina dict. quæst. 2. puncto 8. n. 3. vers. tertio, & vers. quarto, Navar. consil. 7. num. 3. sub tit. de clandest. despons. in novis. Aloyf. Ricc. dict. part. 2. decis. 108. num. 5.

Quartò infertur fœminam, quæ coram Parocho suæ Parochiæ contraxit matrimonium invalidum, scilicet inde transtulit ad domum sponsi commorantis in alia Parochia, cum intentione ibi perpetuò manendi, non posse postea coram eodem Parocho Matrimonium de novo validè celebrare; nam ille non dicitur amplius proprius Parochus, & Sacerdos, cum fœmina mutarit, & amiserit primum domicilium statim ac incipit habitare in Parochia sponsi, cum intentione ibi perpetuò manendi. Ita Sanch. d. disp. 23. n. 15. Bonac. d. punct. 8. n. 3. vers. secundò.

Quintò



68 *Quintò* infertur, validum fuisse Matrimonium cujusdam amasie, quæ transtulit se ad domicilium concubinarij, intentione ibi commorandi majori anni parte, ibique coram Parocho illius domicilij celebravit Matrimonium, non cum amasio, sed cum alio extraneo: quia ipsa habens animum commorandi majori parte anni, statim effecta est Parochiana, & domicilium parochiale in eo loco contraxit, ita consultus respondisse asserit Bonacina *dict. puncto 8. num. 3. vers. secundo*, & resolvit Aloyf. Ricc. *d. part. 2. decis. 108. num. 4.* Si verò hujusmodi amasia se ad amasij Parochiam transferret animo reverendi ad suam, non expectata majori anni parte, tunc non posset contrahere, nisi coram suo Parocho, non autem amasij, ut resolvit post alios Aloyf. Ricc. *dict. resol. 214. num. 3.* hinc asserens falsam esse omninò sententiam Trivif. *dict. decis. 23.* volentis non posse contrahi Matrimonium absque præsentia Parochi mulieris, si in Parochia viri per annum habitaverit ut amasia, in domo ejusdem amasij.

69 *Sextò* infertur, duos simul proprios Parochos quoad dictum effectum posse reperiri, ubi scilicet quis dimidia anni parte in una Parochia, altera dimidia in altera habitat, tunc æqualiter sic inhabitans duas proprias potest habere Parochias, & coram Parocho utriusque Matrimonium inire, quia utraque est æquè Parochia, *cap. cum quis, de sepult. lib. 6. argum. 1. assumptio, §. fin. ff. ad municip.* Ita Coninch. *disp. 27. dub. 2. num. 19.* Segur. *in direct. jud. part. 2. cap. 15. num. 47.* Francisc. Molin. *d. differ. 11. n. 91.* Navar. *conf. 7. n. 7. sub tit. de clandest. despons. in nov. Sanch. d. lib. 3. disp. 24.* Guttier. *cap. 62. num. 4. & cap. 64. num. 2.* Bonacina *d. puncto 8. num. 5.* Ferentil. *in annot. ad decis. Buratti 713. num. 4.* Rota *in Toletana Matrimonij, 10. Decembris 1615. & in Neapolitana Matrimonij, 30. Martij 1629.* coram R. P. D. Merlino. † Ubi verò inæqualitas habitationis datur, majoris temporis pars eum facit proprium Parochum, in quo habitatio fit, *argum. text. in l. 1. §. astate, ff. de aqua quotid. & aestiva, Menoch. consil. 398. num. 16. & 17. & ibi Cephal. n. 23. & 24.* quos refert Francisc. Molin. *ubi proximè.*

71 *Septimò*, infertur habitantem in consuetudine duarum Ecclesiarum Parochialium censerì Parochianum illius, in qua domus aditum habet, ex notabili doctrina Bart. *in l. 6. num. 6. in fine, ff. de damno infecto*: hujus illationis ratio est, quia ex aditu judicatur de domo, cui cedit, *l. ei cui ades, ff. de legato, Bald. consil. 60. n. 5. volum. 1. & secundum Bartol. in l. pradij, §. qui domum, ff. de legat. 3.* domus quæ habet duas portas in diversis Parochiis, judicatur de ea Parochia, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus: refert Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 333. in 1. edit. & resol. 510. in 2. edit.*

72 Alienigenæ verò, seu vagabundi illum Parochum vocant in cujus Parochia sunt, vel commorantur, ex declaratione Illustrissimorum Cardinalium, prout refert Basil. Pont. *de impedimentis Matrimonij c. 26. §. 5. vers. Alienigena*; nam † quicumque Parochus potest matrimonio vagorum interesse, ut probat Sanchez *lib. 3. disp. 25. num. 11.* diligenti scilicet inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarij licentia, ut habetur expressè in Concil. Trident. *sess. 24. de reformatione Matrim. cap. 7.* ne fortè sint alibi conjugati, aut habeant occultum impedimentum contrahendi. Ita Perez *l. 1. in princ. tit. 14. lib. 8. Ordinat.* Henriquez *lib. 11. cap. 3. §. 3.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 45. art. 5. dub. 4. vers. dico secundo*, & *in sum. part. 1. de Sacrament. Matrim. cap. 7. conclus. 4. dub. 3.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 219. n. 3.* Zerola *in praxi Episcop. Barbof. de Episc. Pars II.*

*part 1. verb. Matrimonium, §. 6. & part. 2. verb. Parochus, pag. 82.* Sanch. *d. disp. 25. à n. 8.* Cened. *caonic. & pract. quest. lib. 1. quest. 30. n. 66. cum seqq.* Coninch. *d. disp. 27. n. 20.* Rebell. *de obligat. justit. p. 2. lib. 2. quest. 8. num. 3.* Reginald. *d. lib. 31. n. 239.* Guttier. *de Matrim. cap. 65.* Bonacina *d. punct. 6. num. 6.* † Si tamen Parochus eam non adhibeat diligentiam, peccabit mortaliter, sed valebit Matrimonium: sic Verac. *in append. ad quest. quomodo qui vagantur admittendi sint ad Matrimonium, vers. quamvis sic fiat,* Henriq. *d. cap. 3. §. 3.* Sanch. *d. disp. 25. n. 16. & 17.* Cened. *d. q. 3. n. 68. in princ.* Basil. Pont. *d. §. 6. in fine,* Guttier. *d. cap. 65. num. 15. & cap. 67. num. 3.* idem Basil. Pont. *in noviss. tract. de Sacramento Matrim. lib. 5. cap. 14. num. 8.* Chapeavil. *de administr. Matrim. in necessitate, q. 14.* Filliuc. *tract. 10. cap. 6. q. 5. n. 212.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 11. cap. 10. quest. 23. resol. 1. & 2.*

Vagabundus is proprie dicitur, qui nullum certum domicilium habet, vel qui pristinum domicilium omninò deserens, amisit, & iter agit, aut navigat animò acquirendi novum. Ita colliges ex resolutis per Henriq. *dict. §. 3.* Coninch. *d. §. 3.* idem *de Sacrament. tom. 1. quest. 8. num. 62. & tom. 2. quest. 27. num. 20.* Cened. *d. quest. 30. n. 69. & 70.* Sanchez *d. disp. 25. à num. ubi n. 1. vers. intellige,* dicit Trident. loqui de his, qui vagantur, & incertas habent sedes, D. Barbofa *in l. heres absens, §. proinde in art. de for. delicti, n. 14. & seq. ff. de jud. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 39. §. 3. n. 1.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. n. 64.* Guttier. *d. cap. 65. n. 9.* Hinc inferes, † si alter tantum alienigena, vel vagus sit, satis esse si quivis Parochus interfit, cum valeat Matrimonium præsentè Parocho cujusvis ex contrahentibus, Basil. Pont. *d. loco,* Cened. *d. quest. 30. num. 68. vers. circa hanc,* Guttier. *d. cap. 65. num. 8.* † Quod si qui, ne coram proprio Parocho contrahant, aliò secedant, non habitaturi, nec mansuri, nonnulli censuerunt, non gaudere alienigenarum jure, quia dolus nemini patrociniatur, ex quorum numero sunt Fr. Emman. *d. cap. 219. num. 2. & Rebel. d. lib. 2. q. 8. num. 6.* ac alij ab illis citati. Aliis tamen secus videtur, quod magis placet, prout resolvunt Sanch. *d. disp. 23. num. 13. & 14. & disp. 25. n. 11. in fine,* Guttier. *cap. 65. n. 11.* Bonac. *d. punct. 8. num. 4.* Et pro cognoscendo, an & quando quis censetur contrahere domicilium ad hunc effectum, adest bona Rotæ decisio tenoris sequentis, videlicet:

R. P. D. Merlino Toletana Matrimonij.

Mercurij 10. Decembris 1625.

**M**atrimonium pro parte D. Ludovici nullam prætendebatur ex eo, quod coram proprio Parocho celebratum non fuerit, juxta formam, ac dispositionem Sacri Concilij Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformat.* ubi Matrimonium coram Sacerdote, vel alieno Parocho absque Ordinarij, vel proptij contrahentium Parochi licentia contractum ipso jure irritum facit, adè ut sola declaratoria opus sit, quemadmodum Sacra censuit Congregatio Illustrissimo Interpretum: quo tamen non obstante post trinam causæ propositionem visum fuit Dominis pro illius validitate respondere, & sic sententiam de partibus, per quam irritum, ac nullum fuit declaratum, esse revocandam.

Quamvis enim sit in confesso, quod Parochus S. Ludovici, coram quo Matrimonium fuit celebratum, per duos menses antea non erat proprius Parochus ullius ex conjugibus, quia D. Ludovicus



semper, & continuò inhabitavit in Parochia S. Martini, D. Maria verò inhabitaverat in Parochia S. Sebastiani, nihilominus DD. existimarunt ex depositionibus testium datis in summario D. Mariæ n. 12. 13. & 14. probari ipsam per duos menses circiter ante contractum Matrimonium à dicta Parochia, & domo Capitani Didaci, in qua inhabitavit, discessisse animo non redeundi, & se contulisse ad domum Quintilij in dicta Parochia S. Ludovici, secum asportando vestimenta, linteamina, & omnia alia ad ejus personæ usum necessaria, ibique usque ad diem contracti Matrimonij habitasse, edendo, bibendo, ac pernoctando, & alia faciendo, & ulterius etiam omnem adhibuisse diligentiam, ut in eadem Parochia domum emeret, & sic novam Parochiam acquisivisse; ad hunc enim effectum non est opus expectare, ut quis majori anni parte in Parochia inhabitaverit, sed statim ac incepit habitare, animo habitandi efficitur Parochianus. Card. in Clem. 1. de privil. quest. 16. num. 8. & ibi Gloss. in verb. Parochiales, Abb. in cap. extripanda, §. qui verò, in repet. num. 11. vers. quaro secundò quis dicatur, de prebend. & ibi etiam Rebuff. vers. contrariam opinionem, fol. 385. in cap. omnis utriusque, n. 23. de pœnit. & remiss. Federic. de Sen. conf. 234. n. 5. in fin. & n. 6. Sylvest. in sum. in verb. Domicilium, n. 2. Borgnin. decis. 12. n. 22. vers. & advertendum, lib. 2. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 23. num. 14. Guttier. eod. tract. de Matrim. cap. 63. n. 13. & 14. Emman. Sà in sum. verb. Matrimonium, n. 2. ubi refert ita declarasse dictam Sacram Congregationem, & in verb. Parochus, num. 2. vers. ad Matrimonium verò, B. sil. Pont. de Matrim. lib. 2. de conf. clandest. cap. 13. §. 1. num. 4. 5. & 6.

Quod valdè etiam corroboratur ex relatione Parochi S. Ludovici facta ante matrimonium Vicario Madriti, quod ipse erat informatus dictam D. Mariam esse ejus Parochianam à duobus mensibus citra, ut in dicto summario num. 3. cui multùm videtur deferendum, cum attesteretur de eo, quod spectat, ad ejus officium, cap. cum inhibitio, de clandest. despons. Jas. in repet. l. admonendi, n. 132. ff. de jurejurand. Rot. decis. 340. num. 2. part. 2. divers. & decis. 341. num. 2. & decis. 390. n. 3. part. 2. recent.

Unde cum dictus Parochus S. Ludovici esset proprius Parochus D. Mariæ, matrimonium cum illius assistentia fuit legitimè contractum, etiamsi ille nullo modo esset proprius Parochus D. Ludovici; ad hoc enim ut Concilij forma adimpleta censeatur, sufficit matrimonium fuisse celebratum coram Parocho habitationis alterius conjugum contrahentium, Navar. in man. cap. 25. num. 144. Salzed. in praxi canon. cap. 63. vers. 14. Henriq. lib. 11. de Matrim. cap. 3. num. 2. Veg. in sum. lib. 6. cas. 118. Petr. de Ledesma de Matrim. quest. 84. art. 3. dub. 3. vers. de quo sit secunda conclus. Ludov. Lopez 1. part. instruct. cap. 86. §. praterea, & 2. part. de Matrim. cap. 39. §. praterea advertendum, Sanchez de Matrim. d. lib. 3. disp. 19. num. 4. Rot. d. decis. 390. n. 6. part. 2. recent.

Neque obstant testes D. Ludovici in eius summario, num. 2. & 3. qui videntur deponere de continuata habitatione D. Mariæ in domo dicta Capitanei Didaci, afferentes pluries illam vidisse ingredientem, exeuntem, ac etiam permanentem cum ancillis suis. Quia omissis iis, quæ pro parte D. Mariæ opponebantur, tam contra personas, quàm etiam contra examinis validitatem; & omissio pariter, quod etiamsi effemus in conflictu testium, adhuc viderentur præferendi testes D. Mariæ, cum deponant pro validitate matrimonij jam contracti, & consummati, & D. Ludovicus sit actor, & instet matrimonium de-

clarari nullum ex eo solo capite, quod non fuerit contractum coram proprio Parocho, & sic sufficiat quod ejus probatio ex dictis aliis testibus contrarium deponentibus reddatur turbida, ac dubia, & quod propterea dici non possit ipsum defectum hujusmodi plenè, & concludenter probasse per testes omni exceptione majores, prout probare debuisset, cap. in litteris, & ibi Gloss. fin. de testib. Covar. in epit. de sponsal. part. 1. cap. 8. §. 12. num. 7. & seq. Malcard. de probat. conclus. 1033. num. 19. Caputaq. decis. 205. & decis. 150. n. 8. & 9. part. 2. Perez lib. 5. Ordin. tit. 1. lib. 3. in fin. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 45. q. 4. num. 30. Guttierrez eod. tract. cap. 44. num. 9. & sequentib. Rot. coram sanct. mem. Gregor. decis. 351. num. 2.

Fait responsum testes prædictos D. Ludovici in dicto nihil concludere, nec sufficienter probare negativam coarctatam de tempore contracti matrimonij; quia testes prædicti, tam dati in ultima, quàm in aliis duabus præcedentibus positionibus, ad summum nihil aliud videntur concludere, nisi quod D. Maria etiam de tempore contracti matrimonij, & dictorum duorum mensium præcedentium, ac pluries visa fuit ingredi, & egredi, ac etiam permanere in ædibus dicti Capitanei Didaci, una cum D. Magdalena ejus sorore, & cum famulis, ac pedisequiis, mobilibus, & supellectilibus, Ex hoc autem non bene infertur, quod ordinaria, ac vera habitatio D. Mariæ cum animo permanenti non fuerit in dicta Parochia S. Ludovici in ædibus Quintilij, prout fuisse affirmant supradicti testes pro ejus parte examinati, inter quos idem Quintilius, ac ejus uxor, & familiares de veritate optimè informati. Stant enim simul ista duo, quod nempe D. Maria ex Medicorum consilio, ac etiam ut tolleretur jurgia, & contentiones cum dicto Capitaneo, ac ejus domo, discesserit animo determinato nunquam redeundi, ad continuò inhabitandum, seseque contulerit ad dictas ædes Quintilij, & sic ad Parochiam S. Ludovici, ut in ea in posterum permaneret, & melioris, ac purioris illius aëris auxilio veterem curaret infirmitatem; & nihilominus ad dictam domum antiquæ habitationis sapius redierit, ac permanerit, eo quia ibi dicta D. Magdalena soror, quam maximo prosequeretur amore, inhabitabat, ipsaque etiam supellectilia, ac mobilia retinebat, quæ ad dicti Quintilij domum propter ejus angustiam transportare non potuerat; quod omninò dicendum videtur, cum hoc pacto testes hinc inde examinati optimè ad concordiam reduci possint, prout semper, quantum fieri potest, sunt reducendi, Bart. in l. de etate, num. 7. circa med. ff. de minorib. Gloss. & Doctor. in cap. cum sit, de testib. Cæsar. de Grass. decis. 4. num. 5. de testibus, Rota decis. 321. num. 4. part. 2. recent. & decis. 351. num. 31. & 38. coram sanct. mem. Greg. Et denique in omnem eventum ex his probationibus hinc inde factis hæc solùm resultaret, quod D. Maria eodem tempore duobus in locis inhabitaverit, & duo haberit domicilia, unum in Parochia Sancti Sebastiani, & alterum in Parochia Sancti Ludovici; quod tamen non obstare, quia hoc casu, quo quis duo haberet domicilia, ad validitatem matrimonij sufficit coram alterutro Parocho fuisse contractum, ait Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 24. num. 2. & seq. Pontorius eod. tract. lib. 5. cap. 13. num. 1. vers. ex quo consequenter.

Neque etiam obstat, quod ex dicta non transportatione mobilium, reditu, & permanentia, juncta præsertim reconciliatione cum dicto Capitaneo Didaco, deprehendi videatur, vel D. Mariam nunquam habuisse animum deserendi antiquam habitationem,



rationem, vel saltem eam postea deposuisse, ac de-  
 nudò in eadem Capitei domo permanendi volun-  
 tatem reassumpsisse. Quia ultra quod testes dicunt,  
 mobilia idè non a ille transportata, quia domus  
 Quintilij non erat apax, & ex eadem causa D. Ma-  
 riam in ea ancillæ retinere non potuisse, ad consti-  
 tuendum alibi domicilium, sive habitationem non  
 est necessarium, quod quis res suas cum familia  
 detulerit; hæc enim, & similia considerantur in du-  
 bio ad elicendas præsumptiones; secus verò quando  
 adest aperta animi declaratio, tum ex verba sæpius,  
 & palam receratis, tum ex facto per demigratio-  
 nem personæ, si non cum tota suppellectili, saltem  
 cum vestibus, linteaminibus, & ornatu muliebri,  
 ut in sumario D. Mariæ num. 14. ad l. civēs, jun-  
 cta Glō. Cod. de incol. lib. 10. l. 2. Cod. ubi Senat.  
 Bald. § rub. Cod. si à non compet. jud. Abb. in cap.  
 fin. n. in fin. de Paroch Felin. in cap. dilectus, il 2.  
 num. 2. vers. secundus casus, de rescript. Menoch. de  
 arbit. lib. 1. cas. 86. num. 2. Henriq. lib. 20. de Sacram.  
 Orón. cap. 22. num. 2. Sanchez qui alios congerit d.  
 trat. de Matrim. lib. 2. disp. 23. num. 1. & 2. & pul-  
 chre Gattier. eod. tract. d. cap. 63. n. 13. 14. & 15. ubi  
 quod statim contrahitur domicilium, non expectato  
 alio tempore.

Quod autem D. Maria hujusmodi recedendi, seu  
 in dicta Parochia S. Ludovici permanendi animum  
 declaraverit, probant octo testes contestes in dicto  
 ejus Summario num. 12. & 14. affirmantes, ortam  
 fuisse rixam, ac contentionem inter ipsam D. Ma-  
 riam, & dictum Capitaneum Didacum dominum  
 domus, eandemque D. Mariam acceptasse disdictam,  
 & monitionem de discedendo, id suadente Religioso  
 quodam S. Francisci de discalceatis, pro sedandis  
 dictis dissidiis, & etiam cum juramento decla-  
 rasse velle discedere, & nunquam amplius ad inha-  
 bitandum reverti, quorum octo testium duo sunt  
 Religiosi, & omni exceptione majores, & in specie  
 idem affirmat ipsemet etiam Capitaneus Didacus.  
 Et ulterius etiam constat D. Mariam post discessum  
 omnem adhibuisse diligentiam, ut in dicta Paro-  
 chia S. Ludovici domum emeret, ut ibi perpetuò  
 posset inhabitare, & suppellectilem traducere cum  
 integra familia. Et demum curavit examinari testes  
 super eo, quod ipsa erat Parocha ejusdem Parochiæ  
 S. Ludovici. Ex quibus omnibus, maxime simul  
 junctis, animi declaratio reddi videtur adèd clara,  
 & aperta, ut ille animus ex aliquibus conjecturis,  
 quæ contrarium suadere videntur, in dubium revo-  
 cari non debeat: quod autem hujusmodi animus  
 fuerit postea depositus, ac mutatus, nullibi constat,  
 & de Jure non præsumitur, l. qui voluntatem, ff. de  
 probat. l. cum his statum, ff. de donat. inter vir. & uxor.  
 Præsertim stante dicta expressa declaratione præce-  
 dente, & quidem valde enixa, etiam cum imprecatio-  
 nibus, & juramento, quæ adèd potens est, ut tollat  
 vires tacitæ voluntatis contrariæ, quæ aliàs ex con-  
 jecturis, vel actibus subsequentibus deprehendi posse  
 videtur, juxta tradita per Barr. in l. procurator, la 2.  
 §. 1. in 2. opposit. ff. rem rat. hab. Aret. consil. 128. Navar.  
 cons. 101. num. 12. Surd. cons. 35. n. 9. & 10. Eaque tan-  
 to magis est attendenda, quia non est incompatibilis,  
 sed benè insimul stare potest cum pacto, de quo de-  
 ponunt testes D. Ludovici juxta superius deducta, &  
 faciunt tradita per Angel. in l. juris gentium, §. quod  
 ferè, in princ. ff. de pact. cum aliis relatis à Surd.  
 cons. 14. num. 19.

Denique non fuit visum ob stare, quod pro parte  
 D. Ludovici dicebatur, ex pluribus conjecturis, &  
 ipsamet facti serie deprehendi dictam habitationem  
 in Parochia S. Ludovici, prævia animi declaratione  
 fuisse simulatam, & in fraudem dicti decreti S. Con-  
 Barbosa de Episcop. Pars II.

cilij Tridentini, & propriij Parochi præjudicium ha-  
 bitam, & consequenter ad Matrimonij validitatem  
 suffragari non posse, juxta opinionem Navar. in  
 cons. 1. in fine, de decim. lib. 3. in nov. impress. Henr. q. in  
 sum. lib. 11. de Matrim. cap. 3. Petr. de Ledesma de  
 Matrim. quest. 45. art. 5. punct. 3. dub. ultim. concl. 1.  
 & 3. Barthol. à Ledesma. eod. tract. dub. 21. fol. 1352.  
 & Emman. Rodrig. tom. 1. sum. in 2. edit. cap. 219.  
 num. 2. in fin. Quia omisso quod contrarium sentit  
 Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 18. n. 29. vers. caterum  
 displicet, & disp. 25. sub num. 11. versic. verum hæc  
 limitatio, Basil. Pont. de Matrim. tit. de cons. clandest.  
 cap. 14. num. 6. & Petr. Eger in tract. de Sacrament.  
 tom. 2. cap. 27. num. 37. Ægid. de Coninch. tom. 2. de  
 Sacrament. & censur. in fin. tract. de Matrim. disp. 27.  
 de clandest. dub. 1. num. 14. Filiuc quest. moral. tom. 2.  
 tract. 10. de Sacrament. Matrimon. part. 1. cap. 6. de  
 ministr. Matrim. num. 199. Bonacina de Sacram. tit.  
 de Matrim. quest. 2. punct. 8. proposit. 1. num. .... Et sanè  
 non videtur fraudem esse considerabilem, ubi quis  
 utitur jure suo, ut benè considerant Doctores supe-  
 rius citati.

Domini existimârunt, fraudem aliquam in propo-  
 sito non adfuisse; certum est enim illam non præsumi,  
 sed probandam esse ab allegante, ex congestis per Mascard.  
 de probat. concl. 531. n. 1. & pluribus sequentibus.  
 & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 82. num. 10.  
 Guttier. d. cap. 63. num. 34. vers. sextum fundamen-  
 tum, & num. 38. & 39. Et quamvis ad hunc effectum  
 sufficiant præsumptiones, & conjecturæ, tamen illæ  
 debent esse perspicaces, & evidentes, Mascard. ubi su-  
 præ, concl. 530. n. 6. 8. & sequentibus. Guttier. d. cap. 68.  
 num. 39.

Tales autem non sunt conjecturæ, & præsumptio-  
 nes pro parte D. Ludovici allatæ, & in effectu de-  
 ductæ, ex eo, quod D. Maria non recessit à dicta  
 domo dicti Capitanei Didaci cum tota familia, &  
 bonis, & quod ad eam pluries, & præsertim eadem  
 die post contractum Matrimonium redierit, & in  
 ea permanserit, & demum quod amicabiliter egerit  
 cum dicto Capitaneo; nam ut superius jam fuit di-  
 ctum, ex testium depositione constat ipsam D. Ma-  
 riam ob nimiam angustiam, & incapacitatem domus  
 Quintilij universa bona mobilia, ac suppellectilia  
 transportare, ibique cum tota familia permanere, &  
 nuptias solemniter celebrare non potuisse, & hac de  
 causa, & eorundem bonorum occasione, & germanæ  
 sororis amore ad domum antiquæ habitationis sæ-  
 pius rediisse, ibique imbribus etiam aliquando de-  
 tentam permansisse, cum dicto verò Capitaneo ami-  
 cabiliter egisse, quia ejus consilio, & operâ situm  
 in dicta Parochia S. Ludovici pro construenda domo  
 emere intendebat. Unde cum conjecturæ prædictæ  
 nedum non sint tales, ut non possint accipi, nisi in  
 malam partem, prout ad fraudem præsumendam re-  
 quiritur, sed imò potius appareat actus prædictos ex  
 justa, ac rationabili causa factos, & sic in bonam  
 partem accipi posse, ac debere, non sunt habendæ in  
 consideratione, ut in proposito respondet Guttier. d.  
 cap. 63. num. 39.

Præterea dici non potest D. Mariam habitationem  
 mutare, & novam Parochiam acquirere velle simu-  
 lassè, ne si denunciations fierent in dicta Parochia  
 S. Sebastiani, tractatus ad notitiam patris D. Ludo-  
 vici devenisset, ab eoque Matrimonium impedire-  
 tur; quia ille non debebat in Parochia S. Sebastiani,  
 sed S. Martini, in qua denunciations effectualiter  
 factæ fuerunt: unde cum allata hujusmodi causa sit  
 inepta, nec appareat aliam idoneam, ac sufficientem  
 afferri posse, cessat ipsius præsentis fraudis suspi-  
 cio, Cravet. cons. 73. num. 13. & 17. Rol. cons. 38.  
 num. 39. lib. 1. Rot. decis. 111. num. 1. part. 2. divers.



& decis. 418. n. 2. in fin. & decis. 529. sub n. 3. part. 1. recent. Quæ etiam visa fuit excludi ex eo, quia constat de primordio veritatis, & de causis veris, & urgentibus recedendi à dicta domo Capitanei propter dictam locationis disiditiam, ac dissidium verè, & realiter habitum, & se transferendi ad dictam Parochiam S. Ludovici ex Medicorum consilio ob valetudinis imbecillitatem. Unde ex hujusmodi causis verè præexistentibus, & ex quibus licitè, & sine aliqua fraude ad novam habitationem accedere poterat, accessisse præsumitur, l. quoties, de reb. dub. l. meritò, ff. pro soc. Rot. decis. 283. num. 3. part. 1. recent. stante præsertim dicta expressa animi declaratione, qua idem animus aliquin latitans meliùs detegi non poterat, junctis dictis juramento, imprecationibus, & aliis superiùs ponderatis.

Et ita decisum, utraque parte, & quidem acerrimè informante, &c.

### Parochi presentia qualis ?

- 78 Præsentiam Parochi in Matrimoniis necessariam, non tamen corpoream, sed etiam moralem requiri, cum intelligentia, & advertentia actus, resolvunt Petr. de Ledesma de Matrim. quest. 45. art. 5. vers. est secundum dubium, Henriq. in sum. lib. 11. cap. 3. §. 1. Cened. practic. & canonic. quest. lib. 1. q. 30. num. 33. cum seqq. Coninch. in 2. 2. D. Thom. disp. 27. n. 44. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. n. 113. Guttier. in tract. de Matrim. cap. 99. Basil. Pont. de Matrim. lib. 5. cap. 21. Et ratio est, quia † non intelligens præsens dici non potest, ex l. fin. ubi Alciat. ff. de verbor. signific. & præsentia intellectum, & scientiam includit, l. testes, Cod. de testibus, Alciat. in l. 2. §. voluntatem, n. 20. ff. soluto Matrim. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 40. † Nec ob aliam causam Parochi præsentia hodie requiritur, quàm ut auctor quidam insignis ait, suarum pastor ovium, ne quidquam malè fieret, interessè debet Matrimoniis, eandemque auctoritatem præstare; idè illius præsentia quovis modo sufficit, ex l. coram Titio, de verbo significat. & resolutis per Tiraquel. in ll. connub. gloss. 7. num. 31.
- 81 † Ejus porrò præsentia pro forma actus exigitur, itaut Matrimonium contractum in præsentia mille testium, eo absente, nullum sit, cum ejus præsentia, ut quævis forma, per æquipollens suppleri nequeat, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 48. num. 29. & 30. ex quibus
- 82 Infertur primò, hujusmodi Parochi præsentiam sufficere, quamvis ipse, vel testes vi detenti intersint, dummodò tamen intelligat consensum contrahentium. Ita resolvunt Salzed. in pract. cap. 73. aliàs 76. vers. tertio, Possévin. d. cap. 10. num. 20. Petr. de Ledesma de Matrim. quest. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. vers. quo supposito, Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 129. num. 11. in 2. impress. Basil. Pont. de impediment. Matrim. cap. 39. §. 5. in fine, & in suo novissimo tract. de Sacram. Matrim. lib. 5. cap. 21. num. 8. Spino in speculo testament. gloss. 15. n. 48. & 49. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. quest. 114. Ceval. commun. contra commun. q. 604. num. 70. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resolut. 213. num. 4. in 2. editione, Sanchez lib. 3. de Matrim. disput. 39. num. 9. Rebel. de obligat. justitia, part. 2. lib. 2. quest. 8. num. 4. Guttier. d. cap. 69. num. 10. Coninch. d. disput. 27. num. 44. Francisc. Molin. d. differ. 11. num. 115. Unde † non valere Matrimonium, si Parochus assistens non intellexit ea, quæ agebantur, nisi tamen affectasset non intelligere, tenet Salzed. ubi supra, in 4. dubio, & decisum refert Armendar. in addition. ad recopilat. leg. Navarra, ad l. 4. tit. 15. lib. 1. de Matrim. in declarat. num. 24. † Peccat tamen graviter coram Parocho in-

vito contrahens, ut per Cench. d. disp. 37. num. 25. Guttier. d. cap. 69. num. 13. Paul. Layman. d. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 6. vers. esset, Hurtado d. disp. 5. diff. 15. num. 51.

Secundò infertur, sufficeret am Parochi præsentiam adducti dolosè, & renuenti, dummodo probè intelligat, & audiat contrahentium verba, nisi claudens aures affectasset non intelligere, & ipse nulla verba proferat. Ita Segura in direct. judic. Ecclesiast. part. 2. cap. 15. num. 15. Mascard. de probat. conclus. 9. n. 9. Vega in sylva casuum, lib. 6. cas. 114. & 115. & decisum referunt Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 243. in 1. impres. & resol. 21. num. 3. in 2. impres. Salzed. ad Bernard. d. cap. 7. in 4. dub. pag. mihi 296. Hurtado d. disp. 5. diff. 1. Rota in Vlysb. Matrim. 16. Febr. 1622. coram Patriarcha Manzanedo.

Tertiò infertur præsentiam Parochi in Matrimonio ita requiri, ut nedum intelligere oporteat cum quid agitur, sed ut videat; nam insufficientis erit si contrahentes Matrimonium à tergo essent alicujus pæteritis, vel ubi Parochus infirmitate, seu alio casu cæcus effectus esset, & non videret; quia idè Parochi præsentia requiritur, ut ea tot mala & scandala, quæ in dies oriebantur, ex clandestino Matrimonio cessarent. Atque idè † licèt cæcus retineat dignitatem, l. qui furore, ff. de statu homin. l. cæcus, ff. de judiciis, licèt etiam possit testificari de his, quæ ante cæcitate vidit, ubi notas contrahentium voces audivit; in his autem in quibus facilè decipi posset, non integer testis est, quo in casu multùm judicis arbitrio tribuendum est, quemadmodum scribit Alberic. de Merle de testib. cap. 5. num. 35. & 36. & in nostris terminis resolvit Francisc. Molin. d. differ. 12. n. 120. ubi n. 124. idem existimat, ubi Parochus furiosus esset, nisi dilucida haberet intervalla, & Matrimonio assisteret tempore sanæ mentis.

Quartò infertur quoad Matrimonium Parochi præsentiam sufficere, etiamsi ad alium finem vocatus, vel casu præsens sit: ita resolvunt Navar. consil. 20. n. 1. sub tit. de sponsal. in antiq. & consil. 11. sub tit. de clandest. desponsat. in novis, Salzed. d. cap. 73. aliàs 76. vers. tertio licèt, & dubio 5. Sayr. decis. 24. sub tit. de sponsalibus, Azeved. l. 1. n. 39. tit. 1. lib. 5. nova recopil. Piafec. in praxi nova Episcop. part. 2. cap. 4. n. 32. in fine, Ceval. d. quest. 604. num. 66. Spino in spec. testam. gloss. 15. n. 48. & 49. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 3. §. 5. in fine, Sanchez lib. 3. disp. 39. num. 10. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 82. Francisc. Molin. d. differ. 11. num. 110. Guttier. d. cap. 69. num. 3. cum seqq. Nam Parochus, & testes transeuntes, & casu Matrimonio interessentes, dicantur verè præsentibus esse, cum sufficienter advertant ad id quod agitur, possintque de hoc ferre testimonium, Sanch. d. disp. 39. num. 11. Guttier. d. cap. 69. num. 12.

Contrarium tamen, imò Parochum necessariò ad validitatem matrimonij formaliter adhibitum esse, nec sufficere, si forsan convivij, vel confabulationis, vel aliud tractandi causâ præsens audiat hujusmodi contractum matrimonij geri, dicunt decisum Armendar. d. loco, num. 1. & 55. Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria, gloss. 48. num. 35. Basil. Pont. d. cap. 26. §. 5. in fine, & novissimè de Sacram. Matrim. lib. 5. cap. 21. num. 4. Bonacina d. quest. 2. puncto 8. num. 28. & invalidum esse matrimonium contractum coram Parocho, & testibus transeuntibus, post Petr. Ledesma, asserit idem Bonac. d. quest. 2. puncto 8. num. 46. ex eo, quia transeuntes non videntur præsentibus humano modo, nec formaliter. Sed primam opinionem veriorè existimo, & hanc secundam nec improbabilem judico.



90 Quintò inferitur quoad matrimonium Parochi præsentiam sufficere, quamvis sit excommunicatus, etiam non toleratus, suspensus, vel irregularis, modò non sit actualiter depositus: tum quia hæc assistentia auctoritativa non est propriè actus jurisdictionis, ita ut non possit validè ab excommunicato vitando exerceri, sicut ab eo non possunt exerceri actus jurisdictionis: tum quia Concil. Trident. solummodò requirit præsentiam Parochi, quia etiamsi sit excommunicatus, vel suspensus, non desinit esse Parochus propter censuras. Quibus fundamentis hanc illationem tenent Arm. n. d. lib. 1. de Matrim. num. 5. Gabr. Vasq. de excomm. dub. 4. Basil. Pont. de Matrim. lib. 5. cap. 17. n. 6. P. tr. de Ledesma de Matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. N. var. conf. 4. de clandest. despons. Ceval. d. quest. 604. num. 65. S. yr. decis. 13. de sponsalib. Henr. lib. 11. cap. 3. §. 4. & 5. Galletus in margarita casuum conscientia, verb. matrimonium, pag. 163. col. 1. Bonacina d. punct. 8. num. 21. Sanchez lib. 3. disp. 12. Coninch disp. 27. num. 24. Rebell. d. lib. 2. q. 9. n. 9. Reginald. lib. 31. num. 177. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 243. in 1. impress. & resol. 213. n. 1. in 2. impress. Guttier. de matrim. cap. 62. n. 23. & cap. 66. num. 19. Bonacina d. q. 2. puncto 8. num. 21. Mar. Alter. de censuris, tom. 1. lib. 1. disp. 8. cap. 5. per totum. Corneio in 3. p. tract. 5. de excom. disp. 10. §. 1. dub. 5. Raynaud. de monitor. part. 2. cap. 2. num. 23. novissimè matrimonio non effici irregularem, & num. 21. subdit peccare tamen, & graviter, de quo etiam Squilante de oblig. Sacerd. part. 3. num. 20. † Unde valere matrimonium celebratum coram Parocho notoriè fornicatore, non tamen adhuc in judicio condemnato, & confessio, refert decisum post alios Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra, ad lib. 4. tit. 1. §. 1. de matrim. in declar. n. 19. Sic etiam † Matrimonium contractum coram schismatico Parocho saltem coloratum titulum habente, si non fuit ut talis declaratus, & Parochiâ privatus, validum esse resolvit Navar. consil. 8. num. 2. sub titul. de clandest. desponsat. in novis, & Sayr. decis. 13. sub titul. de sponsalib.

91 Sextò inferitur, validè matrimonio assistere posse Parochum interdictum, seu prohibitum ab Episcopo; aut ejus Vicario, ne aliquos matrimonio jungat: tum quia posito eo interdicto, seu prohibitione, Parochus adhuc retinet jurisdictionem; tum quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent: ita decisum referunt Salzed. in Bernad. cap. 73. aliàs 76. in noviss. pag. mihi 293. in 1. dub. Ledesm. d. quest. 43. art. 5. Pollevin. d. cap. 10. num. 14. vers. curatus, Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 219. num. 10. Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 4. Ceval. d. quest. 604. n. 71. idem Ledesma in sum. part. 1. de sacram. Matrimonij, c. 6. conclus. 4. dub. 11. Sanchez lib. 3. disp. 32. n. 1. & 2. Rebell. part. 2. lib. 2. q. 9. n. 9. Aloyf. Ricc. in praxi sum. Eccles. decis. 243. in 1. impress. & resol. 213. n. 2. in 2. impress. Reginald. lib. 31. num. 179. Coninch. disp. 27. dub. 2. num. 28. Guttier. tract. de matrim. cap. 63. n. 25. Basil. Pont. in novissimo tract. de Sacram. Matrimonij, lib. 3. cap. 17. num. 13. Bonac. d. quest. 2. puncto 8. num. 18. ubi etiam idem dicendum asserit, quando hujusmodi prohibitio fuit facta Coadjutori, vel Vicario Parochi, Armendar. d. loco, num. 23. ubi ampliat, siue Parochus interveniat contra talem prohibitionem volens, siue invitus, vel licet intersit invitus, & compulsus parvi, siue præcedat dicta prohibitio, vel non. † Utinam autem matrimonia celebrata à Parocho putativo ex communi errore sint valida, tractat Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. cap. 50. num. 3. ubi affirmativè respondeo; sat enim est pro matrimonio præsentia illius, qui communi errore reputatur proprius Parochus, & tolera-

tus est ex titulo colorato per Superiorem dato, cujus virtute accepit, & retinet possessionem beneficii, vel officij, si notoriè constat minimè habere titulum, & jurisdictionem. Ita Henr. lib. 11. cap. 3. §. 4. Fr. Emman. d. cap. 219. n. 8. Sanchez lib. 3. disp. 22. à num. 60.

Septimò inferitur, posse Parochum validè assistere 95 matrimonio suorum parochianorum extra suam Parochiam, sine licentia Parochi illius loci, in quo assistit; quia proprius Parochus administrare potest Sacramenta suis ovibus, ubicumque existant, ut suo loco dicemus, tum quia ex decreto Tridentino constat formam ab eo præscriptam, & servandam in matrimoniis, in eo intrinsecè, & essentialiter sitam esse, ut adsit Parochus, vel alius Sacerdos de licentia Parochi, siue Ordinarij, & duo præterea testes; igitur reliqua omnia, tempus, & locus, & alia accidentalia sunt. Ex quibus hanc illationem tenent Salzed. d. cap. 76. vers. undecimò, Possivin. d. cap. 10. n. 1. ubi extendit etiam extra Episcopatum, Spin. dict. gloss. 15. num. 42. Sanchez lib. 3. disp. 19. num. 8. & 14. Coninch. disp. 27. num. 22. Basil. Pont. de impediment. matrim. cap. 26. §. 6. vers. addendum, Reginald. lib. 31. num. 177. Bonacina d. quest. 2. puncto 8. n. 14. Guttier. cap. 62. num. 5. Hurtado de matrim. disp. 5. diff. 6. n. 22. Joan. Sanc. in select. disp. 44. num. 8. Amplia ut † non solum proprius Parochus, sed etiam Sa- 96 cerdos de illius licentia validè assistat matrimonio extra Parochiam. Ita Salzed. d. cap. 75. vers. pramittendum, Sanchez d. lib. 3. disp. 34. n. 3. contra Seguram p. 2. cap. 15. num. 49. Francisc. Molin. d. diff. 11. n. 13. cum seqq. & Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 26. num. 4. scribentes id non esse matrimonium. Non obstat id quo potissimum inductus videtur Navar. consil. 52. de sponsal. in 1. edit. & consil. 14. n. 2. sub tit. de clandest. despons. in 2. edit. scilicet Parochum, vel Episcopum extra suam dioccesim esse personam privatam, & non pollere ea auctoritate publica, quam in celebrandis conjugijs exigere videtur Concilium. Respondetur enim, quod Concil. eo personarum genere, quarum est in matrimonio præsentia necessaria, non requirit alicujus publici officij auctoritatem, aliàs neque simplex Sacerdos de licentia Parochi, aut testes ex privatorum numero essent idoneæ personæ, quod statutum est; sed tantum exigat, ut hujusmodi sint personæ, quæ plenam Ecclesiæ fidem faciant, abstulit enim matrimonia præsumpta. † Cum igitur hu- 97 jusmodi assistentia non pertineat ad jurisdictionem contentiosam, nec alienus Parochus jure offendi possit, si absque illius licentia, vel Ordinarij in ejus Parochia, alter Parochus celebret matrimonium suorum parochianorum, credo eum non peccare cessante scandalo, nec puniendum esse, ut resolvit Sanchez ubi supra, num. 18.

Octavò inferitur Parochi unius præsentiam suffice- 98 re, quando contrahentes sunt diversarum Parochiarum, quia Trident. declaravit matrimonium contrahendum esse coram Parocho, & non magis expressit Parochum viri, quam femine. Ita Salzed. ubi supra, dub. 14. Caval. decis. 13. num. 21. part. 2. Spin. dict. gloss. 15. n. 41. Ceval. d. quest. 604. n. 4. Henr. lib. 11. cap. 3. §. 2. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. cap. 9. n. 39. in fine, Armendar. ubi supra, n. 7. 13. 14. & 28. Zerola in praxi Episcop. p. 2. verb. Parochus, §. 1. Sanchez lib. 3. disp. 19. à num. 1. Rebel. p. 2. lib. 2. quest. 8. Bonac. d. q. 2. puncto 8. n. 7. Paul. Comitol. responf. moral. lib. 1. q. 131. num. 2. Coninch disp. 27. num. 10. Figandez in quinque Ecclesiæ præcepta, lib. 1. cap. 8. n. 13. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 243. in 1. impress. & resol. 214. num. 1. in 2. impress. Guttier. d. cap. 62. num. 4.

Nonò inferitur, validè matrimonio assistere Paro- 99 cham



- chum delegatum, quem Episcopus constituit, & ad nutum ipsius amoveri potest, & Vicecuratum à Parocho proprietario institutum. Ita Rebell. *lib. 2. quest. 9. num. 6.* Possev. *n. d. cap. 18. num. 4. in fin.*
- 100 Hujusmodi ¶ Parochi, quoad matrimonium poterunt alicui facultatem assistendi concedere; quia etsi delegatus ad universam Parochiæ curam non possit alteri omnem curam, etiam ad modicum tempus, dum abest, delegare, poterit tamen aliquas causas, quia delegatus ad universitatem causarum etiam potest unam, vel alteram delegare causam, gloss. *verb. delegatus, in cap. cum causam, de appellat.* ubi Anton. *num. 11.* Alexand. *de Nævo num. 16.* Hinc igitur optimè Sanchez *dict. lib. 3. disput. 31. num. 16.* resolvit ¶ institutum à Vicecurato ad universitatem causarum, ubi est consuetudo, ut absens talis Vicecuratus substituatur aliquem ad universam Parochiæ curam, posse delegare licentiam assistendi matrimonio, aut ministrandi aliud Sacramentum: & *num. 17.* resolvit hujusmodi Parochum delegatum ad universitatem causarum, licet possit delegare licentiam assistendi matrimonio, aut aliud Sacramentum ministrandi, non posse dare illi subdelegato facultatem iterum delegandi: & *num. 16.* asserit, quod ¶ quando Parochus præsens assumit Vicarium locantem operas, ut illum adjuvet, hic Vicarius non potest delegare; & consuluit Navar. *conf. 23. num. 4. de clandest. desponsat. in novis,* Vicarium Parochi contrahendis Matrimonii assistere posse, etiamsi sit delegatus ab eo, qui ad modicum tempus sine licentia Episcopi recessit.
- 103 Decimò infertur, validè matrimonio interesse posse Parochum habentem injustum beneficii titulum, ut accidit quando commisit aliquod delictum, ratione cujus est ipso jure beneficio privatus, vel quando intra annum non est ad Sacerdotium promotus, vel quando habet beneficium incompatible, vel quando acceptavit beneficium in excommunicatione; quia adhuc est Parochus cum titulo colorato, & errore communi vulgi, arg. text. *in l. Barbarius, ff. de officio Prætoris,* & quamvis ipso facto privatus beneficio sit, nondum tamen possessione spoliatus est, & quandiu illa non spoliatur, præsumitur habere justam retinendi causam, *cap. licet Episcopus, in fine, de præbend. in 6.* Ita Coninch. *disp. 27. dub. 2. n. 26.* Sanchez *lib. 3. disp. 22. num. 62.* Basil. Pont. *de sacrament. matrim. lib. 5. cap. 19. per totum,* Bonacina *d. quest. 2. punct. 8. n. 24.* ubi *n. 30.* resolvit ¶ validum esse Matrimonium contractum coram laico, cui Parochus concessit facultatem assistendi Matrimonio, si communi errore habebatur Sacerdos, pro tali publice se gerens, quod etiam tenet Sanchez *disput. 22. n. 61. vers. valet.*
- 105 Undecimò infertur, Parochum non Sacerdotem (putà cui collata fuit parochia, non tamen est ordinatus Sacerdos) validè assistere Matrimonio: nam assistentia Parochi pro forma hujus contractus pendet ex Tridentini dispositione tantum; ex eo autem solum colligitur, debere esse Parochum, neque verò est argumentum aliquod efficax, quo probetur debere esse Sacerdotem; quod enim jungat contrahentes, non est functio Sacerdotalis Ordinis, neque se exponet periculo efficiendi nullum Sacramentum; quamvis enim in Concil. Trident. dicatur, *vel alio Sacerdote,* & illa dictio, *alio,* qualitatem Sacerdotij referre quidem videatur; id tamen ob frequentiam accidit, quod ut Parochi intra primum annum tenentur ad Sacerdotium promoveri, plerique sint Sacerdotes, atque ita usui loquendi, non necessitati, aut qualitati id tribuendum est, propter quem usum nonnunquam à propria significatione receditur, *l. Labeo, ff. de supellect. leg. cap. ex litteris, de sponsal.* Hanc illationem

tenet recentiorum Schola, ut videre est apud Navar. *conf. 30. sub tit. de sponsalib. in 1. impress. & conf. 9. sub tit. de clandest. desponsat. in 2. impress.* Vega *in Sylva, lib. 6. casu 119. in fine,* Henriq. *lib. 11. cap. 5. §. 3. & lib. 1. cap. 6. num. 3. in fin.* Joan. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 2. n. 39.* Piassec. *in praxi nova Episcopali, part. 2. cap. 4. n. 22.* Armend. *ubi supra, n. 8.* Fr. Emman. *ubi supra, part. 1. cap. 28. num. 9.* Petr. de Ledesma *in tract. de Matrim. q. 45. art. 5. puncto 3. dub. 3. conclus. 3.* Sahagun *ad tit. de sponsalibus, num. 88.* Cevall. *d. quest. 904. à num. 56.* Basil. Pont. *d. cap. 2. §. 5. vers. Parochus autem, & in novissimo tract. de sacramento Matrimonij, lib. 5. c. 17. num. 1.* Zerola *in praxi Episcop. part. 2. verb. Parochus, vers. 3.* Guttier. *de juramento confirm. part. 1. cap. 14. n. 13. in fine, & in tract. de Matrim. cap. 62. ex n. 12. & 16.* Sanchez *lib. 3. disp. 20. n. 2.* Layman. *d. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 4.* Hurtado *d. disp. 5. diff. 7. latè Cened. practic. & canon. quest. lib. 1. q. 30. n. 54. cum sequentib.* Francisc. Molin. *d. differ. 11. ex num. 128.* Coninch. *disp. 27. dub. 2. n. 21.* Reginald. *lib. 31. n. 177.* Bonac. *d. q. 2. punct. 8. n. 16.* Nihilominus tamen Sacram. Congregat. inclinasse in sententiam, ut Parochus non Sacerdos non possit Matrimonio contrahendo interesse, referunt addit. *ad dict. conf. 9.* Navar. & Ugolin. *de potestate Episcopi, cap. 11. §. 10. n. 5.* ac Fernandez *in examine Theologiae moralis, part. 3. cap. 18. §. 1. n. 1.* Sed dum mihi de hac declaratione S. Congreg. melius non constat, illationem nostram semper sequerer.

Duodecimò infertur, Parochum etiam in peccato mortali existentem validè Matrimonio assistere posse, quia Parochus non est essentialis minister sacramenti Matrimonij, nec ipse formam profert, sed tantum solemnem ad actum auctoritatem, lege ejus presentiam requirente: ita Poss. *de officio Curati, c. 5. n. 40.* Bonac. *in tract. de Sacram. disp. 1. q. 3. punct. 2. §. 1. num. 10.* contra Henriq. *lib. 1. cap. 19. num. 24.*

### Licentia ad assistendum Matrimonio, cui, & à quo concedi debeat?

Si proprius Parochus matrimonio interesse non possit, alium sui vice, & loco Sacerdotem substituere poterit, ex Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* cujus auctoritate Matrimonium celebratum coram Sacerdote à proprio Parocho deputato, & coram testibus, valere decisum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarrae, lib. 4. tit. 15. lib. 1. de Matrim. in declarat. num. 12.* ¶ quamvis de licentia etiam celebretur à Regulari, ut probatur ex *Clem. 1. de privileg.* ubi strictè præcipitur Religiosis, ne audeant Sacramentum Extremæ-Uctionis, vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniave solemnizare, non habita super his parochialis Presbyteri licentia, à contrario sensu satis colligitur, quod habita licentia speciali, id ipsum facere erit sibi licitum; licet autem ibidem dicatur, *Matrimoniave solemnizare,* intelliguntur hæc verba de benedictione nuptiali, ut ibidem tradit gloss. & resolvit Miranda *in man. Pralat. tom. 1. q. 48. art. 1.*

Declara primò, Parochum etiam fictè concedendo facultatem assistendi, non efficere invalidum Matrimonium contractum coram eo Sacerdote, cui hujusmodi facultatem concessit; quia assistentia illa non est actus jurisdictionis, cum valeat etiam inviti Parochi, & reluctantis, ac contrariam habentis intentionem, ut supra ostensum est: ita contra Ledesm. tenent Sanchez *lib. 3. disp. 21. num. 64.* Bonac. *de Matrim. quest. 2. puncto 8. num. 34.*

Secundò declara Parochum excommunicatum, etiam non toleratum, suspensum, vel irregularem, posse



posse validè dare alteri assistendi licentiam, quia hujusmodi licentia non est proprè actus jurisdictionis; & sicut Parochus excommunicatus non est privatus auctoritate assistendi, ita nec potestate dandi prædictam licentiam; ob eandemque rationem constat Parochum posse validè dare hujusmodi licentiam Sacerdoti excommunicato, vel irregulari; aut suspensio ad assistendum matrimonio. Ita Sanchez *lib. 3. disp. 21. num. 6.* Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 5. & lib. 13. §. 7.* Guttier. *de matrim. cap. 62. num. 24.* Basil. Pont. *in novissimo tract. de sacram. Matrim. lib. 5. cap. 17. n. 4.* Hurtado *d. disp. 5. diff. 8. num. 26. cum seqq.* Bonacina *d. quest. 2. punct. 8. num. 21.* idem Hurtado *d. diff. 8. num. 27.* ubi ait collationem d'ctæ licentiæ non esse actum potestatis Parochi, ut Parochus est; sed auctoritatis à Tridentino annexæ officio Parochi, refert & sequitur novissimè Diana *moral. resolut. p. 5. tract. 9. resol. 80.* ubi subdit non solùm validè Parochum excommunicatum licentiam hanc præbere, sed etiam licitè.

Contra Coninch. *disp. 27. num. 21.* Avila *de censur. part. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 1. conclus. 5.* Petr. de Ledesma *de Matrim. quest. 4. art. 4. punct. 3. dub. 4. & in sum. p. 1. de sacram. Matrim. cap. 6. concl. 4.* Layman. *d. cap. 4. num. 5. vers. Credo, Mat. Alter. de censur. tom. 1. lib. 1. disp. 8. cap. 6. vers. Sed dubitatur, existimantes excommunicatum, aut suspensum, si toleratus non est, alteri Sacerdoti licentiam assistendi nec licitè, nec validè committere.*

11 Tertiò declara validum esse Matrimonium, cui de licentia Parochi assistit Sacerdos degradatus, quia Sacerdos degradatus est adhuc Sacerdos. Ita Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 22. num. 26.* Bonacina *d. q. 2. punct. 8. num. 23.*

12 Quartò declara Parochum, seu Ordinarium, hujusmodi licentiam assistendi Matrimonio non posse concedere clerico non Sacerdoti. Quævis enim illi conjunctio, de qua supra *num. 43.* non situnctio Sacerdotalis Ordinis, & etiam non Sacerdos Parochus esse possit; attamen cum decretum Tridentini, quo tantum ea forma est inducta, dicat, *vel alius Sacerdos de licentia Parochi*; est standum ejus dispositioni, non tamen necessarium est, ut sit Sacerdos approbatus, is qui datur. Ita Petrus de Ledesma *in summa, part. 1. de sacram. Matrim. cap. 6. concl. 4. vers. seguese lo segundo, Sanchez lib. 5. disp. 20. num. 6. cum sequent. Ceval. communium contra commun. quest. 604. num. 38.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 13.* Guttier. *tractat. de Matrim. cap. 62. n. 22.* Sayr. *decis. 51. sub tit. de sponsalibus, Basil. Pont. de impedim. Matrim. cap. 26. §. 6. vers. is autem, Sahagun in cap. quamvis, num. 13. de officio deleg. & ad tit. de spons. num. 89.* Layman. *d. tract. 10. p. 2. cap. 4. n. 4.* Hurtad. *d. disp. 5. diff. 7. in fine, num. 25.* Navar. *conf. 2. n. 2. sub tit. de cland. despons. in novis, † ubi etiam à principio resolvit matrimonium de licentia Parochi tempore pestis coram Acolyto contractum esse nullum, quia verba Concilij videntur aded clara pro hac parte, quod in nullo casu videtur ab illius forma recedi posse.*

14 Quintò declara Parochum, vel Ordinarium posse concedere facultatem alteri Sacerdoti conjungendi sponsos in matrimonium, non solùm in propria Parochia, verùm etiam extra illam; quia Trident. dicit alium Sacerdotem sufficere ad assistendum Matrimonio de licentia Parochi, vel Ordinarij, & non loquitur de propria Parochia; tum quia hujusmodi licentia non est actus jurisdictionis contentiosæ, & litigiosæ, sed gratiosæ, ac voluntariæ, quæ exerceri potest ultra locum propriæ jurisdictionis. Ita ex his fundamentis ostrotram illationem amplectuntur Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 218. conclus. 6.* Coninch. *disput. 27. dub. 2.*

*num. 23. & dub. 3. num. 38.* Guttier. *cap. 62. n. 50.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiast. p. 2. tract. 11. cap. 10. q. 23. resol. 3.* Reginald. *q. 131. n. 180.* Bonac. *d. quest. 2. punct. 8. num. 13.*

Contra Navar. *conf. 15. de clandest. despons. Basil. Pont. de Matrim. lib. 5. cap. 16.* Seguram, quem refert, & sequitur Franc. Molin. *d. differ. 11. num. 136. cum seqq.* existimantes non posse Parochum, vel Ordinarium concedere licentiam suis Parochianis ad contrahendum matrimonium extra suam Parochiam, vel diocesim respectivè.

Sextò declara, cogi posse proprium Parochum non lentem matrimonio alioquin licito intervenire, vel licentiam alii Sacerdoti interveniendi concedere, quoniam Sacramenta Parochianis invitus ministrare cogitur ex debito officii, prout resolvit Franc. Molin. *diff. different. 11. num. 85. cum seqq.*

An autem Parochi delegati, quos Episcopi constituent, & ad nutum ipsorum amoveri possunt, & Vicecurati à Parochis proprietatis instituti possint alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere? Agit latè per conclusiones Sanchez *lib. 3. disp. 31.* ad quem se remittit Guttier. *de Matrim. cap. 66. num. 18.* vide Basil. *in novissimo tract. de Sacramento Matrimonij, lib. 5. cap. 18. num. 2.* Hurtado *d. disp. 5. diff. 10. num. 54.* & aliqua dixi supra à *n. 100.* & quod Vicarius perpetuus, vel amovibilis Curati possit hujusmodi facultatem concedere, resolvunt Rebell. *part. 2. lib. 2. q. 8. num. 8. & in addit. lib. 4. n. 67.* Post. *v. d. cap. 10. n. 14. in fin.* Quando Episcopus est immediatè Parochus, ut in Regno Granatensi, potest tunc Parochus non proprietarius matrimonio assistere, & aliis licentiam concedere, quia licet delegatus sit, cum sit delegatus ad universitatem causarum, potest delegare Episcopalem aliquam causam, subdelegare autem minime; & de Curis, qui subdunt alicui parochi proprietario an possint dare licentiam alii Sacerdoti, ut assistat matrimonio contrahendo? latè agit novissimè Zambran. *Hispal. in suis aureis decis. cap. 7. de Matrim. dub. 1. per tot.*

Septimò declara, ex facultate Concil. Trident. sibi concessa posse Ordinarium licentiam concedere alicui Sacerdoti Matrimonio assistendi Parochi loco sibi subjecti, ex *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim.* Unde Rota *decis. 176. num. 8. p. 1. recentiorum;* censuit validum matrimonium contractum coram alieno Sacerdote de licentia Episcopi.

Potest etiam Vicarius Generalis Episcopi ex proprio officio, absque speciali commissione interesse matrimoniis, & alii Sacerdoti assistendi licentiam concedere, Salzed. *ad Bern. in pract. cap. 75. vers. decimoquartò;* Petr. de Ledesma. *in sum. part. 1. de sacram. Matrim. cap. 4. concl. 4. dub. 17.* Henriq. *lib. 11. cap. 3. num. 4.* Sanchez *lib. 3. disp. 29. num. 18.* Amend. *d. Loca, num. 31.* Basil. Pont. *d. cap. 26. §. 6. vers. sc. idem etiam, Azor. instit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 45. q. 2.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. quest. 44. num. 8. in fine;* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 19. n. 13. cum sequentibus, & in tract. de Matrim. cap. 66. ex n. 12. & cap. 69. ex n. 9.* Navona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num. 201.* Hurtado *d. disp. 5. diff. 9. num. 32.* † Ordinarii enim appellatione venit Episcopi Vicarius, gloss. *verb. generaliter, in cap. Romana, de appell. in 6. Covar. practicar. cap. 4. num. 7. & lib. 3. variar. cap. 29. num. 4.* Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2. quest. 43. & quest. 51. num. 1.* Flam. *de resign. lib. 3. q. 11. n. 29. cum seqq.* Fr. Molin. *d. differ. 11. num. 64.* Bonac. *d. q. 1. punct. 8. num. 10.*

Quæri non abs te potest, an suspensa jurisdictione Episcopi per excommunicationem, aut suspensionem, possit ejus Vicarius validè interesse matrimonio, aliisque committere? Dicendum est utrumque



que posse, quia neutrum est actus jurisdictionis. Si tamen Episcopus suspensus, aut excommunicatus non toleratus institueret Vicariū, aut Parochus sice xcommunicatus Vicecuratum, illéque assisteret Matrimonio, vel alteri committeret, nihil valeret, quia alia institutio est manifestus actus jurisdictionis, & proinde facta à sic excommunicato nihil valent; quare illa assistens Matrimonio non esset verus Vicarius, aut Vicecuratus, Mar. Alter. *de censuris tom. 1. lib. 1. disp. 8. cap. 6. vers. ex dictis*, Sanch. *lib. 3. disp. 30. n. 10.*

120 Sed dubitari potest, an Vicarius Episcopi qui Sacerdos non est, possit præsentiam Matrimonio contrahendo præstare? Matrimonio interesse non posse, sed Sacerdotem delegare debere, tenent Navar. *conf. 1. sub tit. de officio Ordin. in antiq. & consil. 10. sub tit. de desponsat. impub. in novis*, Salzed. *d. cap. 76. vers. decimoquarto*, Sayr. *decis. 1. sub tit. de offic. Ordin. Ceval. q. 604. num. 59. Cened. pract. lib. 1. q. 30. n. 46.* ex eo tantum fundamento, quod non sufficit in contrahendo matrimonio præsentia Parochi, qui non sit Sacerdos, sed hoc non est certum, ut supra ostendi hac *allegat. num. 43.* & idè dum mihi non constiterit de contraria decisione, de qua ipsi testantur, libenter amplector tam Parochum, quàm Vicarium non Sacerdotem validè Matrimonio assistere, quod novissimè post primam hujus Tract. impressionem inveni tenere Basil. Pont. *de sacram. Matr. lib. 4. cap. 11. num. 11. in fine.*

121 Idem dicendum esse de habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, in materia de qua agimus, affirmant Petr. de Ledesma *dict. dub. 17. vers. digo lo 2.* Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 4.* Sanchez *lib. 3. disp. 28. num. 6.* Coninch. *disp. 17. n. 17.* Guttier. *de Matrim. cap. 66. num. 7.* Bonac. *d. quest. 2. puncto 8. num. 10.* Ugolin. *de potestate Episcopi, cap. 15. §. 19. num. 3. in fine*, Basil. Pont. *in tract. de sacram. Matrimon. lib. 5. cap. 10. n. 3.* Hurtad. *d. disp. 4. diff. 9. num. 30.*

122 Idem etiā dicendum de Abbate Ecclesiæ nulli Episcopo subjectæ, firmant Petr. de Ledesma *de Matrimon. quest. 45. art. 5. puncto 3. paulò ante dubium 4. conclus. 1.* Henriquez *lib. 13. cap. 3. num. 4.* Guttier. *d. cap. 66. num. 6.* Basil. Pont. *d. §. 6. vers. idem quod, & d. lib. 5. cap. 10. num. 4. ubi n. 13.* asserit, non permitti hanc facultatem Commendatario, licèt ejus Abbatia jura Episcopalia habeat. Gasp. Hurtado *d. difficult. 9. num. 30.*

123 Idem quoque de Capitulo Sede vacante esse resolvendum tenent Coninch. *dict. disp. 27. num. 17.* Guttier. *d. cap. 66. num. 5.* Hurtad. *d. difficult. 9. num. 30. vers. quarto.*

124 Et de Legato respectu Provinciæ suæ legationis idem asserunt Sanchez *d. disp. 28. num. 7.* Coninch. *d. disp. 27. n. 16. vers. 7.* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 11. num. 6. & d. cap. 66. n. 10.* Hurtado *d. diff. 9. num. 9. vers. quinto*, Basil. Pont. *d. §. 6. vers. idem quod, & d. lib. 5. cap. 10. num. 7.*

Et de Cardinalibus in Ecclesia suorum titulorum asserunt Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2.* Basil. Pont. *in novissimo tract. de sacram. Matrim. lib. 5. cap. 10. n. 6.* Hurtado *d. diff. 9. num. 31. vers. tandem*, Sanch. *lib. 3. disp. 28. n. 3.* Scip. de Rub. *in aphorism. Episcop. verbo Cardinalis, n. 2.* Antonin. *Diana moral. resol. p. 5. tract. 2. resol. 35.*

125 Archiepiscopus tamen non potest conjungere in Matrimonium subditos suorum Suffraganeorum, vel dare licentiam illos conjungendi: nam ipse non est Ordinarius in territoriis Suffraganeorum, est tamen judex in causa appellationis, quando per appellationem devolvitur ad ipsum, *cap. pastoralis, de officio Ordini.* Unde in casu, quo nollet Episcopus per appellationem ad ipsum devoluta causa, potest licentiam conc-

dere, de quo vide Sanchez *lib. 3. disp. 28.* Petr. de Ledesma. *in sum. p. 1. de sacram. Matrim. cap. 4. concl. 4. dub. 17. vers. digo lo 3.* Spin. *d. glos. 15. num. 28. & 29.* Molin. *d. diff. 11. n. 86.* Bonacina *d. q. 2. puncto 8. n. 15.* Basil. Pont. *d. §. 6. vers. Archipresbyter*, Guttier. *d. cap. 66. n. 3.* Hurtado *d. diff. 9. n. 31. vers. conveniunt*; dum verò actu visitat in diocesisibus suorum Suffraganeorum, potest hujusmodi licentiam concedere, prout resolvunt Henriq. *lib. 10. cap. 3. num. 3.* Suarez *tom. 4. disp. 25. sect. 1. num. 14.* Coninch. *d. disp. 27. num. 17.* Sanch. *lib. 3. disp. 27. n. 6.* Guttier. *d. cap. 66. num. 7.* Basil. Pont. *de sacram. Matrim. lib. 5. cap. 10. n. 6.*

### Licentia prædicta qualis?

Licentia, quæ per Sacerdotem ad celebranda matrimonia est obtinenda à proprio Parocho, vel ejus Vicario permanenti, aut amovibili, aut ab Episcopo, vel ejus Vicario generali, aliisque Prælati quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus, de quibus supra, expressa debet esse: nam citata non sufficeret, qualis est illa, quæ oritur ex tolerantia, vel ex ratihabitione. Ita tenent Menoch. *de arbitr. casu 453. num. 13. & 14. & cons. 398. num. 15. lib. 4.* Salzed. *ad Bernard. cap. 76. vers. duodecimo*, Petr. de Ledesma *in sum. part. 1. de sacram. Matrimonij, cap. 6. concl. 4. dub. 14.* Henriq. *lib. 11. cap. 3. §. 5. litt. V.* Ceval. *communium contra commun. quest. 604. n. 114.* Petr. Cened. *pract. & Canon. quest. lib. 1. q. 30. num. 79. in fine*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 47. n. 52.* Armendariz *in addit. ad recopil. legum Navarra, ad lib. 4. tit. 25. l. 1. de Matrim. in declar. n. 31.* Coninch. *d. disp. 30. dub. 2. num. 13.* Reginald. *lib. 13. n. 181.* Sanchez *lib. 3. disp. 35. num. 15.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. diff. 11. num. 98.* Basil. Pont. *de impediment. Matrimon. c. 26. §. 6. vers. licentia*, Bonacina *de magno Matrimonij sacramento, q. 2. puncto 8. n. 11.* Moltel. *tract. 4. cap. 8. num. 63.* Filliuc. *tract. 10. de Matrim. cap. 6. q. 7. n. 319.* me citato *in hoc loco*, Homobon. *de examine Eccles. tract. 11. cap. 10. q. 22. resol. 3.* Hurtad. *d. disp. 5. diff. 11. num. 38. & 39.* novissimè Marcel. *Vulpe in d. praxi, cap. 15. num. 11.* † Sufficiet tamen si communiter generalis administrandi Sacramenta licentia concedatur, prout decisum fuisse ex aliis referunt Armendariz *d. loco*, Bonac. *d. num. 11.* Rebell. *de obligat. justit. post lib. 4. in declar. sect. 3.* Vel si Parochis concedat licentiam, ut possit intra suam Parochiam omnia ad curam animarum spectantia exercere, Navarr. *conf. 27. sub tit. de sponsalib. in antiq.* quod deest in novis, quem refert Salzed. *d. cap. 76. vers. duodecimo, in fine*, Sayr. *in floribus decis. sub tit. de spons. decis. 31.* Tambur. *de jure Abbatum, tom. 2. disp. 8. q. 2.* Sanchez *lib. 3. disp. 35. num. 7.*

Quid autem si concedatur facultas administrandi omnia Sacramenta? Hanc sufficere ad celebranda Matrimonia resolvit Sanch. *d. disp. 35. n. 8.* ubi intelligit quando Parochus absens relinquit substitutum, non ita si præsens concedat alicui licentiam administrandi omnia Sacramenta, & ita censuisse Sacram. Congreg. Concilij, attestantur Rebell. *de oblig. justit. lib. 4. in declar. sect. 3.* Armendar. *d. l. 1. de Matrim. n. 31.* & per S. Romam fuisse decisum colligitur ex *decis. 750. n. 6. p. 1. divers. & fuit dictum in Vicentina Matrim. 11. Martij 1624.* coram R. P. D. Duno. contra Coninch. *d. disp. 27. dub. 3.* Filliuc. *tom. 1. tract. 10. p. 1. cap. 6. num. 218.* Tamburin. *d. q. 2. num. 1. propè fin.* Hurtado *d. disp. 5. diff. 11. num. 37. in fine.*

Verbalis sufficit hujusmodi licentia, non autem in scriptis requiritur; quia sic etiam non exigit Tridentin. tum quia scriptura non est de essentia gratiæ, & privilegij, quæ regulariter non requiritur nisi tantum ad faciliorem probationem, non ad actus substantiam



stantiam l. *contrahitur*, ff. de pignoribus: tum quia omnis actus verbo confici potest, nisi lex expressè scripturam requirat, juxta glos. ab omnibus receptam verb. in scriptis, in cap. 1. de censibus lib. 6. Quibus fundamentis hanc sententiam tenet Navar. *conf.* 41. n. 1. sub tit. de spons. in antiq. aliàs 12. de clandest. desp. in novis, Henric. dict. §. 5. in comm. lit. Z, Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 219. num. 13. Ugolin. de irreg. cap. 6. §. 7. n. 3. Sanchez lib. 3. disp. 35. n. 10. Reginald. lib. 31. n. 180. Franc. Molin. d. differ. 11. n. 100. Cened. d. q. 30. n. 80. Salzed. ubi proximè, Hurtado diff. 11. n. 36. in fine, Sayr. sub dict. tit. de sponsalib. decis. 48. Bonacina dict. quest. 2. puncto 8. n. 11. vers. addit, contra Rebel. lib. 2. quest. 3.

Actum præcedere debet; nam quæ de substantia sunt, in ipso actu adhiberi debent, cap. audistis, juncto cap. quia propter, de elect. glos. & omnes in l. universa, C. de precibus Imperat. offer. Imol. Paul. de Castro, Roman, Alexand. Aret. & Ias. in l. si quis mihi bona, §. iustum, ff. de acquir. hered. Panorm. Anton. & Imola in c. cum nos, de his qua sunt à prelati: tum quia ubi licentia requiritur, semper præcedere debet, ex resolutione per Chassan. in consuet. Burgund. rub. 13. §. 9. verb. sans licence, vers. sed quare, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 47. n. 46. Quibus fundamentis hanc tenent resolutionem Salzed. in dict. cap. 76. vers. decimotertiò, Coninch. tom. 2. quest. 28. n. 31. Sanchez dict. disp. 35. n. 18. Francisc. Molin. dict. differ. 11. n. 99. Cened. dict. quest. 30. n. 78. Unde fit + nullum esse matrimonium, cui Sacerdos aliquis Parochi nomine præsens fuit, nulla ab eo petita licentia, si post factum ratificaret; nam etsi regulariter ratihabitio retrahatur, & mandato comparatur, reg. ratihabitioem, cum vulgaribus, de reg. juris, in 6. tamen ubi lex, vel statutum præsentiam requirit corpoream, retrahitio sequens non sufficit ad actum validandum, quemadmodum ex Angel. Felin. & Cotta scribit Tiraq. de legib. connub. glos. 6. num. 31. Suar. de Paz in pract. tom. 1. part. 1. temp. 2. n. 27. & 28. Hinc S. Congreg. Concilii, sub die 7. Septembr. 1620. censuit Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui revera non habuit à proprio Parocho licentiam veram, esse nullum, Et sub die 5. Decembris 1626. & 15. April. 1628. censuit, etiam Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam à proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus, esse invalidum.

Revocata non debet esse hujusmodi facultas, quæ tunc talis censetur, quando iis, quibus concessa fuit, per certum nuntium, aut literas significata fuit, & ante hanc intimationem acta tenent, etiam si Sacerdos ille aliunde sciret revocationem suæ facultatis. Ita Sanchez lib. 3. disp. 36. n. 9. Coninch. d. disp. 27. n. 32. vers. sexto, Galet. in margar. casuum conscientia, verb. Matrimonium, pag. 164. col. 2. Hinc tenerem + datam licentiam à proprio Parocho alicui Sacerdoti, si interim Parochus moriatur, illam non expirare, quia licet mandatum morte mandantis regulariter expiret, l. mandatum, C. mandati, cap. gratum, cap. relatum, de officio deleg. gratia tamen facta alicui minimè, c. si cui, de præbend. in 6. cap. si super gratia, de officio deleg. eodem lib. tum quia glos. in Clem. dudum, §. statum, de sepult. docet expressim licentiam concessam aliquibus Fratibus non expirare morte concedentis: tum etiam, quia facultas ab Episcopo concessa Ordinibus accipiendi à quocunque Episcopo Catholico, non expirat morte Episcopi concedentis, Cardin. in Clem. fr. 9. 6. de elect. & multis aliis casibus quos poteris videre per citatos à Franc. Molin. dict. diff. 11. n. 111. ubi hanc sententiam in propriis nostris terminis tueretur: sed contrarium censuit Rota in dict. Vicentina Matrimonii, 11. Martii 1624. coram bona mem. Du-

nozetto, quam post aliquas hujus tractatus impressiones inveni.

Metu, vel dolo obtenta licentia sufficit, nisi per dolum, & mendacia versantia circa substantiam, vel causam finalem extorqueatur: quia dispositio facta per dolum versantem circa causam finalem est invalida: tum quia nihil est magis contrarium consensui, quam error, l. si per errorem, ff. de jurisd. omnium jud. Ita tenent Sanchez lib. 3. disp. 39. à n. 13. & disp. 21. n. 7. Coninch. disp. 27. n. 37. Guttier. c. 69. n. 14. & 16. Reginald. lib. 31. n. 182. Bonac. d. q. 2. punct. 8. n. 17. Hurtado d. diff. 11. n. 39. in fine.

Licentia validè datur contra prohibitionem Episcopi, ad effectum ut matrimonium contractum coram Sacerdote, cui concessa fuit, validum sit; matrimonia enim tantum contra interdictum Ecclesiæ valent, licet cum peccato fiant. Ita Basil. Pont. de impedimentis matrim. c. 27. §. 6. vers. valet, ubi dicit ita esse ab Illustriss. Cardin. decisum, & iterum in novissimo tract. de Sacram. Matrimonii, lib. 5. cap. 29. n. 3.

Sacerdos non debet credere dicentibus se habere licentiam à Parocho ut possint coram ipso contrahere, nisi certa signa afferant, vel sint personæ spectatæ fidei, de cujus veritate dubitari nullo modo posset; nam in iis, quæ pertinent ad externam Ecclesiæ gubernationem, non creditur testantibus in propria causa, præsertim si hoc urgere possit in præjudicium alterius: ita Sanchez lib. 3. disp. 37. num. 2. Coninch. disp. 27. n. 39. Reginald. lib. 31. n. 181. Basil. Pont. d. §. 6. vers. concessa, Bonac. d. q. 2. punct. 8. n. 38. Tamburin. d. tom. 1. disp. 8. q. 1. in fine.

Et assenti licentiam proprii Parochi in contrahendo matrimonio requisitam non intervenisse, quando contra eam opponitur à tertio, incumbit onus probandi, ex Mascard. de probat. concl. 982. Vbi enim matrimonium est contractum, debet probari; quod non intervenit proprius Parochus, nec licentia, Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 37. n. 5. Rota apud Postium post tract. mandati de manu. decis. 141. n. 10. & attestatio Parochi de licentia suffragatur etiam post contractum matrimonium, Caputaq. decis. 106. p. 2. Rota apud Postium d. loco, n. 11.

#### Testes ad Matrimonium adhibendi quales?

Ultra proprii Parochi assistentiam, vel alterius Sacerdotis de ejus licentia, de quibus supra, ut matrimonium validè contrahatur, necessaria est duorum, vel trium testium præsentia, ut probat Concil. Trident. sess. 24. de ref. matrim. cap. 2. ibi, & duobus, vel tribus, &c. quæ simultanea debet esse, nec sufficit successiva, quia Trident. copulativè exigit præsentiam Parochi, & testium, per dict. & quæ copulat, ut cum multis quos citavi ego ipse teneo in meis remiss. de dictionibus, & claus. dict. 94. Quare ita resolvunt Specul. conjug. in appendice, dub. 6. concl. 4. pag. 14. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 41. n. 3. Bonac. eod. tract. q. 2. puncto 8. n. 41. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacram. Matrim. c. 4. concl. 5. Postevin. de officio Curati c. 10. n. 22. Rebell. de oblig. just. p. 2. lib. 2. q. 8. sect. 8. à n. S. Coninch. de Sacram. tom. 2. disp. 27. num. 41. concl. 1. Filliuc. d. tract. 10. à n. 229.

Quod verò attinet ad testium qualitatem, cum lex illa odiosa sit, restringens scilicet et naturalem ad contrahendum libertatem, non sunt ad severam rationis normam testes exigendi, sed satis erunt quicunque rationis compotes, quamvis impuberes, consanguinei, domestici, fœminæ, aut infames, quia possunt esse præsentem moraliter: tum quia Trident. nullos testes excipit. Sic Spin. in speculo testam. glos. 15. princip. num. 46. Petr. de Ledesma in tract. de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. post 4. dub. vers. conclusio sit, Henric. lib. 11.



lib. 11. cap. 3. §. 6. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 219. num. 18. in 2. edit. plures refert, & sequitur Sanchez dict. disp. 41. num. 4. cum seqq. quibus adde Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Matrimonium, §. 14. Ceval. commun. contra commun. quest. 604. n. 84. Gallet. in margarita casuum conscientia, verb. Matrimonium, pag. 164. Basil. Pont. de impedimentis Matrim. c. 26. §. 6. in fine, Bonacina d. quest. 2. puncto 8. num. 43. Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 3. cap. 18. §. 1. n. 14. Paul. Layman, in Theolog. moral. tract. 10. p. 2. cap. 4. n. 6. vers. secundò, Burat. decis. 713. n. 7. ubi Ferent. in annot. num. 11. Quamvis testes legitimos, idoneos, & omni exceptione majores, requiri dicat Francisc. molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 8. n. 64. cum seqq.

139 Nec etiam necessarium est, ut hujusmodi testes sint rogati, cum nullo jure ista solemnitas in matrimonio requiratur, Gregor. Lop. l. 1. verb. sin testigos, tit. 3. part. 4. Henriq. d. §. 9. Sanchez d. lib. 3. disput. 41. n. 7. ubi plures refert, quibus addo Cald. Pereira de empr. c. 6. n. 22. Guttier. de Matrim. c. 55. in fine, Possevin. d. cap. 10. n. 22. versio. queres, Bonac. d. q. 2. puncto 8. n. 44. Ugolin. de potestate Episcop. cap. 15. §. 10. Et sufficit si vi detenti interfint, dummodò intelligant consensum contrahentium, & advertant quod agitur, Ceval. d. quest. 604. n. 81. Sanchez d. disp. 39. num. 9. Coninch. d. q. 27. num. 44. Guttier. de Matrim. cap. 69. uum. 13. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 30. n. 108. ad finem, Hurtado d. diffic. 15. c. 50. Bonac. d. puncto 8. num. 45. nec refert si dolo ad aliud vocati sint, ut resolvit Sanchez d. disp. 39. n. 10. & Hurtado d. disp. 5. diffic. 15. n. 10. ubi idem dicit si assistant matrimonio à casu.

### De Matrimoniis absque Parocho, & testibus irritis.

140 Ex supradictis omnibus primò infertur, contrahentem Matrimonium sine Parocho, & testibus peccare mortaliter, quia invalidè contrahit, & facit irritum Sacramentum, contra prohibitionem Ecclesie in re gravi. Ita P. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 5. Guttier. eodem tract. c. 56. n. 4. Coninch. tom. 2. disp. 30. dub. 2. n. 18. Bonacina de magno Matrimonii Sacram. quest. 2. punct. 6. num. 3.

141 Secundò infertur, defectum presentie Parochi, aut testium non esse impedimentum dirimens sponsalia, sicut est impedimentum dirimens Matrimonium, quia Concilium Tridentinum irritat tantummodò matrimonium clandestinum, non verò sponsalia. Ita Navar. in man. cap. 15. n. 134. Salzed. ad Bernard. c. 75. vers. nonò illud, Perez lib. 1. vers. secundò circa predicta dubitatur, tit. 1. lib. 5. Ordin. Vega in in sum. p. 2. c. 34. casu 20. vers. notaque si solemne, Spino in speculo testament. gloss. 11. princip. n. 84. Segura in director. judicium Eccles. part. 2. c. 15. n. 1. & 4. Petr. de Ledesm. de Matrim. q. 45. art. 5. vers. secundò punctum, dub. 4. Emman. Sà in Aphorism. verb. Sponsalia, n. 1. Valentia tom. 4. disp. 10. puncto 5. causa 5. Guttier. canon. lib. 1. c. 18. n. 10. & in tract. de Matrim. c. 4. Hurtado de Matrimonio disp. 1. difficult. 16. Ceval. communium contra commun. q. 604. num. 124. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 5. num. 8. Rota Romana apud Farinac. decis. 273. n. 21. Armendariz in addit. ad recopilat. legum Navarra, ad lib. 4. tit. 14. lib. 1. in declarat. num. 44. & 45. Sanchez lib. 1. disputat. 12. Cardin. Thul. practicar. concl. tom. 7. concl. 406. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 21. num. 9. & q. 30. num. 20. cum seqq. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. diff. 1. num. 159. Bonac. in tract. de magno Matrim.

142 Sacramento, quest. 1. puncto 7. num. 11. Unde † contrahentes sponsalia clandestinè non peccare resolvunt

Sanchez lib. 1. disp. 13. n. 2. Coninch. tom. 2. disp. 21. dub. 2. num. 20. Guttier. d. c. 4. num. 2. contra Sylvest. verb. Matrimonium, 6. q. 7. & Chamerota de Matrim. cap. 2. dub. 9.

Tertiò infertur, matrimonium contractum absque presentia Parochi, seu alterius Sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus in vim spoliatorum non resolvi, ita ut contrahentes judicialiter cogi possint ad denuò contrahendum, servata forma Concilii Tridentini. Ita Navar. consil. 1. num. 3. sub tit. de sponsalibus, in 1. edit. & consil. 3. n. 3. sub tit. de clandest. despons. in 2. edit. Azeved. l. 1. num. 23. 33. & 36. tit. 1. lib. 5. nova recopil. Petr. de Ledesma de Matrim. quest. 45. art. 5. puncto 2. post dubium 4. concl. 1. in summa, part. 1. de Sacrament. Matrim. cap. 7. conclus. 6. dub. 2. Spino in speculo testam. gloss. 15. principali, nu. 78. Armendar. ubi supra. num. 26. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 76. additione 2. vers. unde pariter, Emman. Sà in Aphor. verb. Matrim. num. 42. Fr. Emman. in sum. part. 2. cap. 20. num. 1. Galetus in margarita casuum conscientia, verb. Matrimonium, pag. 163. col. 1. Ceval. communium contra commun. q. 604. n. 79. Trivil. decis. 9. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 250. in 1. impress. & resol. 219. per totam, in 2. impress. Sanch. l. 2. disp. 2. Guttier. de juram. confirmat. part. 1. c. 51. n. 28. & in tract. de matrim. cap. 11. Bonacina in tract. de Matrim. quest. 1. puncto 8. n. 48. Sayr. decis. 1. sub tit. de sponsalibus, Hurtado de matrim. disp. 5. diffic. 2. num. 6.

Moventur præfati Doctores, quia nulla obligatio, nec civilis, nec naturalis oritur ex consensu præstito in matrimonio clandestino, ex resolutis per Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 19. n. 128. cum † actus à principio, nullus nullum producat effectum l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicat. cap. ad presentiam, de appellat. cum citatis à Card. Tusch. tom. 1. lit. A. conclus. 139. & in libello de principiis utriusque juris, lit. A. n. 51. tum quia actus gestus contra legem prohibentem substantiam actus, est nullus, & nullam producit obligationem, l. non dubium, C. de legibus, l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. & hæc opinio his nixa fundamentis verior est in puncto Juris, quam libenter amplectimur.

Quamvis contrariam opinionem, imò matrimonium clandestinum habere vim sponsaliorum, & obligare ad iterum publicè contrahendum, teneant Barthol. de Ledesma de matr. dub. 8. Ortiz. in summa cap. 16. de Matrim. in fine, Veractuz in appendice ad speculum, dub. 9. vers. 2. propositio, fol. 42. Ioan. Petr. Bimius consil. 62. n. 34. lib. 1. Thesaurus fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. n. 37. Vega in summa, lib. 4. casu 164. & lib. 6. casu 120. Henriq. lib. 11. c. 5. §. 4. Rebell. de obligat. justitie lib. 2. q. 9. n. 3. Coninch. disp. 21. n. 40. cum sequentib. & præcipuè n. 47. tom. 2. Cald. Pereira de empr. cap. 13. num. 10. in fine. Quorum fundamenta facile destruuntur: & in primis ad illud deductum ex l. tam augusti, ff. de servit. quod quando actus non valet ut agitur, valet eo modo, quo valere potest: responderetur procedere quando defectus provenit ex parte causæ materialis, non verò quando provenit ex parte causæ efficientis, & ex parte formæ: in presentia autem casu defectus non solum provenit ex parte causæ efficientis (causa enim efficiens sunt ipsi contrahentes, qui ex decreto Trident. redduntur inhabiles ad clandestinè contrahendum) sed etiam ex parte formæ, quæ est solemnitas à Trid. requisita, quam solemnitatem constat deesse quando matrimonium clandestinum contrahitur. Deinde non obstat aliud obstaculum, quod sicut matrimonium clandestinè contractum inter impuberes, seu inter puberem, & impuberem, valet ut sponsalia: ita etiam matrimonium



matrimonium clandestinum debet inducere obligationem sponsaliorum. Nam responderetur illud esse peculiare in matrimonio clandestino impuberum, ex *final. de desponsat. impuberum*, quia jus præsumit impuberes se voluisse obligare eo modo quo possunt, & Concil. Trident. irritat solummodo matrimonium clandestinum, quod aliàs erat validum, illique formam, & solemnitate assignat; non verò irritat matrimonium clandestinum, quod aliàs erat invalidum, sicut erat antiquo jure ex defectu ætatis matrimonium impuberum, & resolvebatur in sponsalia, ut constat ex *cap. unico, de desponsat. impuber. lib. 6.*

147 *Quarto* infertur irritum esse matrimonium etiam in articulo mortis, vel tempore pestis, aut belli, & quacumque alia necessitate contractum sine Parocho, & testibus, quia ubi in dispositione dicitur aliter fieri non posse, inducitur forma, prout in Concil. Trident. *d. cap. ibi, qui aliter*, &c. quæ clausula cum sit decreti irritantis, operatur nullitatem actus ipso jure, si forma prædicta non observetur, Matienf. *ad tit. 2. gloss. 1. rubric. n. 34 lib. 5. nov. recopilat.* Flamin. *de resignat. lib. 5. quest. final. à num. 226.* Cened. *pract. quest. 30. à num. 2.* Gutier. *de matrim. cap. 61. n. 5.* Igitur in nullo eventu absque ea solemnitate matrimonium initum erit validum, res enim sine sua forma nunquam subsistere potest ita tenet Fr. Ludovic. *in instruct. conscientie, part. 1. c. 86.* Navar. *consil. 44. sub tit. de sponsalibus, in 1. impress. & consil. 6. sub tit. de clandestina desponsatione, in 2. impress.* Segura *in suo direct. judicium Ecclesiast. part. 2. cap. 15. n. 44.* Perez *in l. 1. paulò post princip. fol. 29. tit. 1. lib. 5. Ordin. Sarm. lib. 1. select. cap. 6. num. 7.* Barthol. à Ledesma *de matr. lib. 21.* Petr. de Ledesma *in tract. de matrim. quest. 45. art. 5. circa 3. punctum, dub. 3. vers. ex prædictis sequitur in summa part. 1. de sacrament. Matrim. cap. 6. dub. 15. in fine.* Spino *in speculo testamen. gloss. 15. num. 44. & 86.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. c. 219. num. 17. in 2. impress.* Azevedo *l. 1. n. 38. tit. 1. lib. 5. nova recopil. & ibi Matienf. gloss. 6. verb. clandestinum 3. in fin. & gloss. 6. num. 2.* Cevall. *d. quest. 604. n. 63. & 37.* Sanchez *lib. 3. disp. 17. num. 4.* Gutier. *de matrim. c. 61. num. 4. cum seqq. me citato in hoc loco,* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 11. c. 6. quest. 14. resol. 3. in med.* Basil. Pont. *de Matrim. lib. 5. c. 6.* Hartado *disp. 5. diff. 3.* Rota *decis. 646. n. 1. part. 1. divers. & in Vicentina matrimonii, 11. Martii 1624. coram bona mem. Dunogetto.* Quamvis contrarium teneant Vega *in sum. lib. 3. casu 461.* & Jacob. de Graffis *in decis. aureis lib. 2. c. 86. n. 4. vers. secunda.*

148 *Quinto* infertur, hodie stante dispositione Sacri Concilii Tridentini, sponsalia non transire in matrimonium, subsequuta copula coram Parocho, & testibus: nam Concilium abstulit matrimonia præsumpta, & solum ea valere voluit, quæ in judicio probati non possent: sponsalia autem illa sub equita copula coram Parocho, & testibus adhuc sunt præsumpta matrimonia; illi enim de copula quidem testificari possunt, sed de consensu minimè, cum possent accedere sine affectu maritali: quare nisi adsint verba, quæ hoc explicent, copula tantum insufficientis est post Concil. Trident. Ita Petrus de Ledesma *de matrimonio quest. 56 art. 2. dub. 2.* Sanchez *lib. 3. disp. 40. num. 7. & lib. 5. disp. 8. num. 26.* Gutier. *de matrim. cap. 40. num. 13. cap. 81. num. 1.* Basilus Pont. *de impedimentis matrimonii cap. 26 § 1. vers. antepenult.* Coninch. *disput. 22. dub. 9. ad finem,* Bonacin. *q. 2. punct. 1. n. 4.*

149 *Sexto* infertur, quod licet iure Civili ex cohabitatione inter pares, & ejusdem conditionis præsumeretur matrimonium ex *l. in libera*, ubi gloss. ff. *de ritu nuptiar.* & gloss. *in l. de concubinato, ff. de concubi-* Barbol. *de Episcop. Pars I 1.*

*nis, & etiam de Jure Canonico, aliis concurrentibus conjecturis, juxta communem omnium sententiam in cap. lator, qui filii sint leg. cum citatis per Paleoth. de nobis, & spuris cap. 19. num. 9.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præf. 1. num. 71. & consil. 199. à num. 48.* Malcard. *de probat. consil. 1021. n. 7.* Hodierno jure cohabitatio efficere nequit matrimonium, sed novus consensus requiritur, & forma Concilii: sic Spin. *dict. gloss. 15. n. 61. post princip.* Matienf. *in rubr. tit. 1. gloss. 1. num. 63. cum sequentib. lib. 5. nova recopil.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 1. comparat. 12. num. 16.*

150 *Septimo* infertur, quod licet traductio sponsæ ad domum mariti cum solemnibus apparatu, quo solent contrahentes publicè celebrare, matrimonium faceret de jure veteri Canonico, arg. text. *in cap. vidua de regularibus, & juxta tradita per Panormit. in cap. ex parte, num. 26. de restitution. spoliator.* Brunel. *in tractat. de sponsal. concl. 12. num. 4.* Menoch. *d. quest. 1. num. 56.* hodie tamen, nisi in traductio ipsa novus consensus coram Parocho, & testibus exprimat, nihil traductio efficere, Matienf. *d. gloss. 1. n. 55. cum seqq.* Spin. *d. gloss. 15. n. 65. vers. etiam dicendum,* Franc. Molin. *d. lib. 1. comparat. 13. n. 7.*

151 *Octavo* infertur contrahentes sine Parocho & testibus, licet inhabiles dicantur ad sic contrahendum, non manere inhabiles ad rursus inter se contrahendum, vel cum aliis, servata Concilii forma: ita decisum referunt Menoch. *de præsumpt. lib. 3. q. 1. nu. 102.* Matienf. *d. gloss. 1. d. tit. 1. ex num. 39.* Franc. Molin. *d. different. 11. num. 168.* Petr. Ledesma. *quest. 45. art. 5.* Rebell. *de obligat. justitia, part. 2. lib. 2. q. 8. sect. 8. n. 9.* Gutier. *de matrim. c. 61. n. 2. & cap. 75. num. 4.* Bonacina *d. q. 2. punct. 8. n. 37.*

152 *Nono* infertur, ad matrimonium contrahendum coram Parocho, & testibus deobligari omnes apud quos promulgatum est Trident. & receptum, cum ipsum statuisset, hoc tantum habiturum vim post triginta dies numerandos à prima die publicationis in eadem Parochia, qua publicatione nondum facta, nulla obligatio ardeat habitatores, nec ligat ignorantibus, prout in quibusdam asserunt Galliarum partibus, & Poloniæ: ita Petr. de Ledesma *in summa, p. 1. de sacrament. Matrim. c. 6. concl. 4. dub. 5.* Cevall. *d. quest. 604. num. 143.* Navar. *consil. 8. num. 1. sub tit. de clandest. desponsat. in novis.* Henriquez *lib. 11. c. 33. n. 8.* Galet. *in margarita casuum conscientie. verb. Matr. pag. 16. col. 2.* Sanchez *lib. 3. disp. 18. n. 1.* Rebell. *d. lib. 2. q. 7. sect. 3.* Gutier. *de matrim. c. 61. n. 12.* Fr. Basil. Pont. *d. cap. 26. §. 2. vers. 4.* ubi asserit hujusmodi resolutionem non nasci ex eo, quod lex ad sui obligationem exigat, ut acceptetur à populo sed ex speciali dispositione Ecclesie in hoc casu, quæ hanc legem obligare noluit, nisi post promulgationem in singulis Parochiis factam, trigintaque à publicatione diebus elapsis.

153 Hinc fit eos, qui sunt incolæ unius loci, in quo promulgatum, & acceptatum fuit Concilium, si aliò migrent, ubi non est acceptatum, posse validè contrahere clandestinè, servata quoad fieri possit antiqua lege Ecclesiastica, sine illa transeant, sive domicilium ibidem collocaverint. Ita Petrus Ledesma *q. 45. art. 4. puncto 3.* Basil. Pont. *d. c. 26. §. 2. vers. hinc etiam fit eos,* Hentiq. *lib. 11. cap. 8. num. 8.* Rebell. *dict. part. 2. lib. 2. q. 7. n. 5.* Reginald. *in praxi fori pontific. lib. 31. num. 176.* Coninch. *disput. 27. dub. 1. n. 14.* Sanchez. *dict. lib. 3. disput. 18. num. 28.* Gutier. *cap. 61. num. 12.* Bonacin. *d. quest. 2. puncto 8. num. 2.* Homobon. *de Bonis de examine Eccles. tr. 11. c. 7. q. 17. resol. 3. vers. secundo.* Filliuc. *tr. 10. cap. 6. n. 20.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, lib. 1. c. 8. n. 8.* Hoc tamen limitat Ledesma, Hentiq. Rebell. & alii, nisi ed præfiscantur



ut nubant non servata lege Concilii Tridentini, & in ejus legis fraudem, cum Ius non foveat fraudem committenti in legem, quam limitationem sibi displicere asserit Sanch. *d. disp. 18. num. 29. vers. ceterum.*

- 154 Hinc etiam mihi fit validè verosimile eos, qui inter fideles commorantur, vel mercium congerendarum causa, vel alia ratione, aut inter Turcas captivi detinentur, etiam si ex his locis sint oriundi, in quibus promulgatum, & receptum est Tridentini decretum, non teneri contrahere juxta formam Concilii præscriptam. Ita contra Ledesma, & alios resolvunt Basil. Pont. *ubi proximè, Bonacina d. punct. 7. n. 3. & Sanchez d. disp. 18. n. 35.*
- 155 Hinc denique colligitur incolam illius loci, in quo non acceptatum Concilium Tridentinum, teneri contrahere matrimonium coram Parocho, & testibus, si divertat ad locum, in quo est receptum: licet enim sit regula generalis extraneum non teneri legibus loci ad quem divertit, absque intentione ibi manendi majore anni parte; nihilominus ab eo regula excipitur lex generalis, qualis est ista; & deinde contractus, qui celebrari debet juxta conditiones præscriptas in eo loco, in quo ipse celebratur, *l. si fundus, ff. de evictionibus*, ita Petr. de Ledesma *q. 45. puncto 3. ad finem*, Sanch. *lib. 3. disp. 18. n. 26.* Reginald. *lib. 31. n. 176.* Coninch. *disp. 27. dub. 1. ad fin.* Bonacina *dict. puncto 7. num. 5.* Nota *sacram Congreg. Concilii in Russanen. die 18. Novemb. & 2. Decembris 1628. censuisse Episcopum non posse matrimonia invalidare per sua decreta Synodalia, qua clandestinè & sine Parocho, & testibus contracta essent, si ibi non est promulgatum Concilium Trident. ita ut matrimonia etiam post hujusmodi decretorum publicationem aliter contracta, si nullum obstet legitimum impedimentum, valida, ac firma sint.*
- 156 Decimò infertur matrimonium celebratum sub honesta conditione de futuro, ut valide fiat, necessarium esse conditionem adimplendam coram Parocho, & testibus, si tamen celebratum fuerit sub conditione de præsentem, vel de præterito requiri conditionem adimplendam coram Parocho, & testibus, vel ut Parochus, & testes cognoscant conditionem de præsentem, vel de futuro esse adimpletam. Ita Petr. de Ledesma *de Matrim. quest. 47. art. 5. dub. 7. concl. 3.* Coninch. *disput. 29. dub. 1. num. 15. & dub. 2. num. 33.* Gutier. *c. 1. num. 7.* Bonacina *dict. quest. 2. puncto 10. num. 22.* Contra Sanch. *lib. 5. disp. 8. num. 28.* Dicit tamen Galet. *ver. matrim. decisum esse matrimonium de præsentem coram Parocho, & testibus sub conditione contractum, & non expectato conditionis eventu consummatum dici verum matrimonium.*
- 157 Undecimò infertur non teneri iterum coram Parocho, ac testibus contrahere, qui jam semel coram eisdem contraxerunt, invalidè tamen, propter defectum consensus utriusque contrahentis, vel propter metum utriusque incussum, quia Parochus, & testes fuerunt præsentem externo contractui, & eorum præsentem requiritur, quando matrimonium contrahitur secundum omnes partes, non verò quando suppletur aliquis defectus occultus. Ita Fr. Emman. *in sum. p. 1. c. 208. n. 7.* Henriq. *lib. 11. c. 3. num. 2.* Navar. *in man. c. 22. n. 70.* Aloyf. Ricc. *in decis. Curia Neapol. decisio. 98. & in praxi fori Eccles. decis. 246. in 1. impress.* Sanch. *lib. 2. disp. 23. num. 13.* Reginald. *lib. 31. n. 183. ad finem.* Gutier. *cap. 46. num. 15.* Bonacina *d. quest. 2. puncto 9. num. 4.* Rel. *ell. de obligat. just. part. 2. lib. 2. quest. 9. num. 5. cum seqq.* Possevin. *d. cap. 10. num. 25.* Existimat tamen non sine ratione Basil. Pont. *dict. §. 3. vers. ego tamen*, nequaquam posse subsistere hujusmodi matrimonium, nisi iterum servata forma

Concil. Trid. celebretur, vel super eo accedat Pontificis dispensatio, cum renovatione utriusque consensus, oportere tamen, ut vel conditionaliter explicetur, vel sequuta copula post eam cognitionem, est enim signum consensus: ita respondisse graves Theologos affirmat idem Basilius *dict. loco*, ubi cum Paulo Comitulo *resp. moral. lib. 1. cap. 120. num. 3.* asserit Clementem VIII. felicis memoriæ per Pœnitentiarium respondisse esse necessarium novum consensum utriusque coram testibus, & Parocho, admonito prius marito de matrimonii nullitate, sed ad evitandum scandalum esse dispensandum, ut secretè inter se contrahant, renovato consensu cum legitimatione prolis. Hinc paululum melius dicit Theaur. fori Ecclesiast. *part. 1. cap. 9. num. 41.* matrimonium impuberum coram Parocho, & testibus contractum, esse postquam puberes facti fuerint, juxta formam Concilii contrahendum. Qui autem subsistente aliquo impedimento occulto publicè juxta formam sacri Concilii Trident. Matrimonium celebrant, etsi nullum fuerit matrimonium eo sublato non coguntur denuò eandem formam dicti Concilii observare. Ita decisum referunt Petr. Ledesma *quest. 45. art. 5. concl. 2. ante ultim. dub.* Sanch. *lib. 2. disp. 37.* Reginald. *lib. 31. num. 183. ad finem.* Ioan. Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 3. cap. 9. num. 81. cum sequentib.* Coninch. *disp. 24. num. 83.* Francisc. Molin. *d. differ. 11. num. 160.* Bonacina *d. quest. 2. puncto 9. numero 10.* Receptissimum enim est matrimonium nullum ex aliquo defectu, celebratum tamen juxta formam Concilii, si post ratificetur, non egere nova solemnitate, ut tradunt Navar. *conf. 32. sub tit. de sponsal.* Henric. *lib. 1. cap. 3. §. 6.* Sanch. *dict. disp. 37. num. 3.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 17. n. 39.* & dicit Navar. *conf. 14. in fine. de spons. in novis*, referente Illustrissimo Cardin. Alciato Propœnit. in Signatura placuisse Sanctissimo, in hujusmodi impedimentis occultis, quando matrimonium est renovandum, possit hoc fieri inter ipsos conjuges secretè, & quod non sit necessaria præsentem Parochi, vel testium.

Verùm post aliquas hujus Tractatus impressiones materiam hujus illationis melius & exactius considerantes, nunc videmus illam ita Doctores confundere, ut inde nihil certum sumere valeamus; quare, secluso casu impedimenti occulto, existimamus matrimonium nullum propter impedimentum non ratificari, nisi de novo repetitis solemnitatibus Concilii Trid. etiam si partes permanendo simul libere consentiant: hanc sententiam inconcusse sequitur Rota coram Seraph. *decis. 900.* & coram Greg. XV. *dec. 395.* & apud Farin. *decis. 104. n. 2. part. 2. recentissim. posthum.* Hurtado *de Matrim. 3. diff. ul. 1. num. 40.* Ratio est, quia quotiescunque Matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, si postea cesserit, opus est quod omnia de integro ponantur, quæ sunt necessaria, & de essentia matrimonii, ut ex multis bene comprobatur Victor. *in suis relect. Theologicis relect. 7. de matr. in 2. punct. p. 1. vers. in contrarium, num. 9. & tribus seqq.* Navar. *conf. 14. de sponsalib.* tum quia ubi consensus requiritur certo tempore, prout requiritur ex dispositione Concilii tempore, quo Parochus est præsentem, nunquam retrahitur, nec potest deservire solemnitas per prius sequuta; quoniam ille debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari, neque jura re potest fictio, aut retrotractio, cum non fiat quando actus est omnino nullus, Bart. *in l. observari, num. 9. ff. de offic. Procons. Alex. conf. 78. n. 24. lib. Dec. in l. semper, qui non prohibet, n. 16. ff. de regul. juris*; quia tunc retr. tractio non invenit principium conservabile, Bald. *in l. fin. n. 2. C. ad Velleian.* tum quia ratificatio reconciliat



reconciliat ea, quæ pendent ab animo, sed non ea, quæ pendent ex aliqua forma, juxta doctrinam Bald. in l. mancipia, C. de rebus alien. quem in materia matrimonii sequitur Rota apud Farin. decis. 293. n. 4. p. 1. recentiss. in posthumis: tum denique, quia eadem solennitas est necessaria in ratificatione contractus, quæ requiritur in celebratione contractus, Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 10. n. 90. Rota d. decis. 293. n. 4. in princ.

158 Duodecimò infertur, expressionem, vel ratificationem consensus non esse necessariam faciendam coram Parocho, & testibus, ut matrimonium infidelium fiat Sacramentum; quia Concilium Tridentin. requirit præsentiam Parochi, & testium, ut contractus valide celebretur, contractum verò infidelium valide celebratum fuisse ante baptismum, supponendum est, neque videtur necessaria præsentia parochi, & testium, ut matrimonium infidelium post susceptum baptismum fiat Sacramentum; sed videtur sufficere expressio novi consensus, vel ratificatio præcedentis, qua posita fit Sacramentum matrimonii, & recipitur sacramentalis gratia ad ritè obeunda munia conjugalia, nisi aliquod impedimentum Canonicum sit quo matrimonium prius contractum sustineri minimè possit. Vide Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 230. n. 1. Navar. conf. 4. in fine, sub titul. de pactis, in 1. edit. & conf. in fine, de convers. infidel. in 2. edit. Sanchez lib. 2. disput. 9. num. 1. Rebell. lib. 2. quest. 6. numero 5. Gutier. cap. 42. num. 6. Bonacina d. q. 2. punct. num. 6.

159 Decimotertiò infertur præsentiam Parochi, & testium requiri, ut matrimonium celebratum per Procuratorem sit validum; nam invalidè absque Parocho, & testibus celebrat Procurator; sicut etiam invalidum est matrimonium contractum per litteras, quando illud non innotescit Parocho, & testibus: quando verò per litteras traditio, & acceptatio utriusque contrahentis innotescit, validum fit matrimonium. Ita Henrici lib. 11. cap. 2. n. 6. Sanch. lib. 2. disp. 12. n. 3. & lib. 3. disp. 8. n. 24. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 78. Gutier. de matrim. c. 45. Bonacin. d. q. 2. puncto 5. num. 5. Ugolin. de potestate Episcop. 15. §. 10. num. 4. vers. qua. Viçtor. in notis ad Possovin. d. c. 10. n. 49.

De Pœna Parochi, qui Matrimonio clandestino interfuerit.

160 Contra Parochum, vel quemcumque alium Sacerdotem Regularem, aut sæcularem, qui matrimonio clandestino interfuerit, imposita est pœna triennalis suspensionis ab officio, quæ etiam multatur Parochus quamvis non interfuit, si sciens talia matrimonia non prohibuerit: ita definitum est in cap. ultim. §. fin. de clandest. desponsat. in hæc verba: Sane si Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam Regularis, eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus si culpa qualitas postulaverit. Hæc triennalis suspensio non est ipso jure lata, sed ferenda à jure, ut indicat verb illud, suspendatur; quod cum sit futuri optativi modi, respicit hominis actum & judicis ministerium; resolvunt Moneta de distribut. quotid. p. 3. q. 7. n. 21. & in nostris terminis Sanch. lib. 3. disp. 48. n. 2. quos Ego ipse refero in meis Remiss. de dictionib. & claus. dict. 343.

161 Difficultas autem non modica est, an hodie Concil. Trident. dict. cap. 1. in illis verbis, ibi, Insuper Parochum, &c. voluerit corrigere, & derogare constitutioni d. cap. ult. quoad pœnam triennalis suspensionis impositam Parocho assistenti matrimonio clandestino, quia Trident. Synodus decernit Parochum, Barbos. de Episcop. Pars II.

vel aliud Sacerdotum, qui cum minore testium numero, quam duorum, matrimonio clandestino interfuerit, esse graviter arbitrio Ordinarii puniendum? Verior sententia tenet pœnam suspensionis triennalis non esse sublatam, sed præterea licere Ordinario in illum alia pœna arbitraria animadvertere, ad ejus temeritatem, & præsumptionem coercendam, quia Concil. Trid. d. c. 1. paulo post princ. expressè fatetur se velle inhære vestigiis Concil. Lateran. unde desumptum est illud c. ult. tum quia quando diversæ pœnæ infliguntur diversis legibus contra idem delictum, nec apparet utrâ earum alteram corrigat, utraque servanda est, ex Bart. in l. 1. n. 1. ff. de vi honor. rapt. recepto per Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 85. n. 5. Ant. Gom. tom. 3. var. c. 1. n. 38. vers. quarta conclus. tum quia lex non in uno casu extenditur ad alium casum per legem antiquam, ex doctrina Bart. in leg. Marcellus, n. 6. ad Trebel. quem refert Armen. dariz in proem. ad addit. in recopil. legum Navarra, n. 36. Quibus, & aliis fundamentis ita tenent Verac. in append. ad Specul. dub. 11. in fine, Majol. de irregul. lib. 23. c. 17. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 76. vers. octavo non est oblivioni, Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 221. n. 4. in 2. edit. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacr. matrimonii, c. 6. concl. 4. dub. 16. Coninch. disp. 27. n. 84. Sanch. lib. 3. disp. 48. à n. 3. Francisc. Molin. de ritu nupr. lib. 2. differ. 11. n. 147. cum seqq. Mar. Alter. de censuris tom. 1. disp. 11. de suspens. c. 5. in princ.

162 Parochus ob licentiam concessam alii Sacerdoti assistendi matrimonio clandestino, non incurrit prædictam suspensionis censuram, quia Concil. solum suspendit Parochum, vel alium Sacerdotem conjugentem, vel benedicentem alienos Parochianos, nec exprimit dantem licentiam, mandantem, vel consulentem; censura enim lata in committentem aliquod delictum non obstringit mandantes, consulentes, vel aliter consensum præstantes, nisi in Canone id exprimat. Quare ita tenent Sanch. d. lib. 3. disput. 49. Mar. Alter. d. c. 5. vers. secunda principalis questio.

163 Quæret aliquis, an Parochus triennio suspensus qui interfuit clandestino matrimonio, si eodem triennio durante assistat alteri simili conjugio, suspendaturque iterum triennio, hoc posterius triennium confundatur cum priore, vel incipiat completo priori triennio? Cui sic interroganti poterit responderi, tempus posterioris suspensionis incipere ita, imà die sententiæ judicis imponentis posteriorem suspensionem triennem, nisi judex declaraverit in sententia, ut incipiat finito priori tempore: ita Mar. Alter. d. cap. 5. vers. tertio dubitari, Sanch. d. lib. 3. disp. 50.

164 Deinde dubitari potest, an Parochus suspensus ab officio, quod interfuerit clandestino matrimonio, sit consequenter suspensus à beneficio? Quicquid verò sit de illa questione, an suspensus ab officio sit suspensus à beneficio, ad nostrum suppositum solum attendens, verius dico suspensum ab officio qui interfuit matrimonio clandestino, non esse suspensum à beneficio, quia text. in dict. cap. ult. solum mandat suspendendum esse ab officio; & ita resolvunt Mar. Alter. d. c. 5. vers. quarto dubitatur. Sanch. d. lib. 3. disp. 51.

165 Ab hac suspensione triennali non valet Episcopus dispensare, ut resolvunt Covar. de spons. p. 2. c. 6. in princ. num. 14. Bernard. in pract. cap. 76. num. 3. in ultim. impress. Henriquez lib. 13. cap. 39. §. 3. Sanch. d. lib. 3. disp. 52. per totam, Mar. Alter. d. cap. 5. vers. quinto, me citato in hoc loco; Alzed. d. part. 2. cap. 7. n. 40. Non obstat suspensum à jure, eo quod sibi absolutio- nem non reservavit, posse ab Episcopo absolvi, quia id est intelligendum, ubi suspensus est à jure indefi-



nité, nullo designato termino; secus ubi terminus suspensioni adjicitur, ut in casu presenti; nam Episcopus non potest absolvere à suspensione temporaria intra tempus, Gutier. *canon. lib. 1. c. 5. num. 6.* Nec etiam obstat *c. nuper, de sentent. excomm.* quia loquitur in specie de excommunicatione, cujus absolutio, si non sit reservata, permittitur Episcopo, & Parocho, ut infra dicimus; quod non habet locum in suspensione, de qua agimus.

167 Aded verum est, non posse Episcopum hac trienniali suspensione absolvere, ut nec etiam virtute decreti Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 6.* id sibi permissum sit: quia hæc suspensio non incurritur ipso jure, sed per sententiam judicis, cognitione præmissa de delicto, unde supponitur delictum deductum ad forum contentiosum, Sanch. *d. disp. 52. n. 4.* Mar. Alter. *d. c. 5. n. 2. propè fin.*

*De obligatione Parochi Matrimonio assistentis.*

168 Proprius contrahentium Parochus, vel alius Sacerdos, de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, presentibus duobus, vel tribus testibus factisque denuntiationibus, vel illis omiſſis, de forma præscripta à Concil. ut supra, tenetur interrogare contrahentes de mutuo consensu, utrum scilicet fœmina velit ducere virum, & vir fœminam. Ita Reginald. *lib. 3. 1. num. 157.* Coninch. *disp. 27. dub. 5. num. 74.* Gutier. *cap. 68. ad fin.* Bonacina *d. quest. 1. punct. 8. num. 40.* Alias si omittat, graviter peccabit, ut resolvit Basil. Pont. *de impedim. matrim. c. 26. §. 2. vers. ex quibus, condit. 6.* Attamen quando Parochus certus est de mutuo illorum consensu, omissionem istius interrogationis esse tantummodo peccatum veniale, resolvit Bonacina *d. n. 40.* & ita contrahentes tenentur declarare mutuum consensum, ut si opus sit, Parochus de eo, & testes ferre testimonium possint, ex eodem Basil. *d. loco, n. 3.*

169 Neque ad validitatem matrimonii requiritur ut Parochus, vel alius Sacerdos assistens utatur aliquibus verbis in ejus celebratione; quia Trident. in clausula i, ritante non facit ullam mentionem verborum. Ita Perez *l. 1. vers. præterea necessarium est, tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag. 39.* Petr. de Ledesm. *de matrim. quest. 43. art. 1. dub. 4. concl. fin. & q. 45. artic. 5. punct. 3. ante primum, dub. 4. concl. 2. & in sum. p. 1. de Sacram. matr. cap. 1. conclus. 25. in fin.* Henriq. *lib. 11. c. 2. n. 7.* Sanch. *lib. 3. disput. 38. n. 4.* Segur. *in directorio judicium Ecclesiast. part. 2. cap. 15. num. 52.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part. 4. cap. 9. num. 36.* Ceval. *d. quest. 504. num. 53.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. n. 125.* Basil. Pont. *ubi proximè condit. 7.* Coninch. *disputat. 27. dub. 4. n. 45.* Reginald. *lib. 3. 1. num. 157.* Sayr. *decif. 61. sub tit. de sponsalib.* Cened. *præct. & canonic. questionum lib. 1. quest. 30. num. 38.* Gutier. *de matrim. cap. 69. num. 4.* Campanil. *in diversor. juris Canonici, rub. 1. n. 50.* Bonacina *d. quest. 2. puncto 8. n. 39.* ubi etiam quod Parochus tenetur ex præcepto ejusdem Trident. *sess. 24. de reform. matrim. c. 1.* uti his verbis, *Ego vos conjungo in nomine Patris, &c.* vel saltem uti aliis juxta ritum, & consuetudinem patriæ.

170 Unde omissionem horum verborum, *Ego vos in matrimonium conjungo, &c.* esse tantummodo peccatum veniale ob parvitatem materiæ resolvunt Sanchez *lib. 8. disput. 38. num. 7.* Coninch. *n. 45.* Gutier. *n. 16.* Bonacina *num. 39. versic. Rogabis dictis locis.* Verum omissionem prædictorum verborum esse peccatum mortale, cum violetur Concilii præceptum, melius tenent Henriq. *lib. 11. cap. 2. §. 1.* Rebell. *lib. 2. q. 7. sect. 1. num. 4.* Salzed. *ad Bernard. d. c. 76. lit. B, vers. secundo.*

Curare maximè debet Parochus, ne contrahentes in peccato mortali ad hujusmodi Sacramentum accedant, & ut triduo antequam contrahant, peccata confiteantur, & communicent: cum contrahentes matrimonium cum peccato mortali nondum deletum per contritionem, vel per confessionem, indignè recipiant Sacramentum, & per consequens peccatum mortale incurrant, prout resolvunt Fr. Emman. Sanchez, & alii citati, Gutier. *cap. 73. num. 13.* & Bonacina *de Matrimon. quest. 3. puncto 9. num. primo, vers. 6.* † Non committunt tamen duo peccata mortalia, unum quatenus recipiunt Sacramentum, alterum quatenus administrant, quia solum committunt quatenus recipiunt. Ita Sanch. *lib. 3. disput. 6. num. 4.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 2. cap. 6. quest. 1. art. 5.* Bonacina *de Sacram. disput. 1. quest. 3. punct. 2. §. 1. num. 10.* Nec aliud incurrunt peccatum quatenus videntur præceptum Concilii violare confessionem præcipientis; quia consilium tantum, non præceptum decretum illud quoad hoc continet, ut resolvunt Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p. 2. c. 9. n. 49.* Basil. Pont. *d. §. 2. vers. quibus, condit. 1.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, p. 2. lib. 1. c. 2. num. 12.*

Matrimonium ne contrahatur impediri potest, donec contrahentes Orationem saltem Angelicam, & Dominicam didicerint, Symbolumque fidei, præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, ac septem peccata capitalia, nisi qui præ senio, aut ingenii rudis tarditate incapax prorsus sit: ita Barthol. à Ledesm. *de matr. dub. 11.* quem sequitur Vega *lib. 3. sum. casu 211.* & faciunt quæ adducit Basil. Pont. *de Matrimon. lib. 5. cap. 36. num. 8.* Verum non licere absolute, & per longum tempus, aut ubi sponsi instarent, detinere ob dictam causam ne matrimonium inirent, expedire tamen suaviter, & absque violentia ad breve tempus impedire, ut sic doctrinæ addiscendæ curam habeant, tenent Sanch. *d. lib. 3. disput. 15. sub n. 19.* Campan. *in divers. juris Canon. rub. 11. cap. 14. n. 7.* Joan. Sanch. *in select. disp. 38. n. 9.* Homobon. *de Bonis de examine Eccles. p. 3. tract. 13. c. 11. q. 33. resol. 2.* Diana *mor. resol. p. 4. tract. 4. resol. 85.* & pluries per Sacram Congreg. super negotiis Episcoporum, fuisse decisum refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, decif. 638. in prima impressione, & resolut. 576. in 2. editione.* Certum est enim non esse obligationem gravem retinendi memoriæ verba Synodi, vel præceptorum, itaut sit peccatum mortale hoc committere. Bonac. *de legib. disp. 3. q. 6. punct. 2. n. 14.* Sanch. *in decal. lib. 2. c. 3. n. 3.* Suar. *de fide disp. 13. sect. 5. n. 8.* Diana *mor. resol. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 14.*

Parochus etiam debet habere librum, in quo conjuges, testes, diem, mensem & annum scribat, prout præcipit Concil. Trident. *dict. cap. 1. propè fin.* & tenent Fulch. *de Visitat. lib. 2. cap. 3. num. 26.* Navar. *in manual. cap. 62. n. 79. vers. 5.* Possevin. *de officio Curati cap. 6. num. 44. & c. 12. num. 42.* Azeved. *l. 8. nu. 2. tit. 1. lib. 5. nova recopil. Ceval. d. quest. 604. n. 138.* Basil. Pont. *d. §. 2. vers. ex quibus, condit. 9.* Henriq. *lib. 11. cap. 7. §. 4.* Rebell. *p. 2. lib. 2. q. 7. n. 6.* Coninch. *d. disp. 27. n. 74.* Thom. Valasc. *alleg. juris tom. 1. allegat. 72. num. 106.* Homobon. *de humana vita statib. p. 1. c. 14. in fine,* Nicol. Genoa *de privata script. lib. 5. q. 6.* Molfes. *in sum. tract. 4. cap. 68.* Et cum hæc ad solemnitatem Sacramenti pertineant propter finem necessarium vitandi lites, obligant sub mortali, Sanchez *lib. 3. disput. 15. n. 22.* Reginald. *lib. 3. 1. n. 242. vers. ultim.* Gutier. *de matr. c. 60. n. 9.* Basil. Pont. *ubi proximè, Possevin. d. c. 12. n. 44.* Nald. *in sum. verb. Parochus, n. 20.*

Unde Jure novissimo mortuis testibus, & Parocho, solo hujusmodi libro absque aliis probationibus



bus matrimonium contractum plenè probari dicendum est, quia in hoc Curati fides, & industria fuit electa à Sacro Concilio. Ita Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico teste, §. 1. n. 9.* Mascard. *de probat. concl. 672. n. 18. cum sequentibus.* Mar. Antonin. *variar. resol. lib. 1. resolut. fin. casu 33. versic. nihilominus.* Calvacan. *decis. 12. sub n. 2. versic. & liber Parochi, p. 2.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 9. d. n. 35. & tenuit Rot. Roman. decis. 750. n. 10. p. 1. & in Colon. status, 20. Februar. 1581. coram Robusterio, quæ est impressa decis. 340. p. 2. in novissimis, quam refert Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici, dec. 249. in 1. impress. & resol. 218. in 2. edit.*

176 Sic etiam ex libro baptismi à Parocho confecto, quis baptizatus, & illius ætas probatur, ut per Caputaquen. *decis. 714. n. 1. p. 1.* Bellet. *d. §. 1. n. 10.* Mandos. *ad regul. 18. Cancellar. q. 10. à num. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. q. 5. n. 53.* Viv. *decis. 184. n. 15. lib. 1.* Franc. Molin. *dicta compar. 9. n. 41.* Verat. *decis. 114. lib. 1.* Aloys. Ricc. *dicta resolut. 218. n. 5. & Neapol. decis. 238. n. 6. p. 4.* Fatin. *fragm. crimin. verb. atas, n. 141.* Probatum etiam origo, Rebuff. *de pacif. possess. n. 217.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. à n. 105.* Piasce. *in praxi nova Episcop. p. 1. c. 1. n. 9.* Hujusmodi liber de baptizatis tenendus, & faciendus est à Parocho, in quo nomina, & cognomina ipsorum sine descripta, parentumque, si de legitimo matrimonio nati sint, cum nominibus patrini, vel patrinorum, die, mense, & anno: ita Fusc. *de Visitat. lib. 2. c. 3. n. 24.*

177 Sic etiam ex libris eorundem Curatorum mortem probari, communionem, ac sepulturam, tenent Menoch. *d. q. 51. n. 53. cum sequentibus.* Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. minoribus, n. 33. cum seq.* Ioseph. Ludov. *Perus. decis. 55. num. 7.* Fusch. *d. cap. 31. num. 28.*

178 Franc. Molin. *d. compar. num. 39.* † Videant Parochi quomodo fidem de his libris facere debeant; nam in Curia Archiepiscopali Neapolitana quendam Parochum, qui fidem fecerat de solemnizatione matrimonii inter quasdam personas, referendo se ad librum matrimonii, cum postea perquisito hoc libro non reperiretur solemnizatio, iudicatum fuit crimen falsi incurrisse, quia verò cum torqueretur, nihil confessus fuit, sed graviora contra ipsum indicia extabant, suspensus à cura per quinquennium diffinitiva sententia condemnatus fuit, ut refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 729. in 1. edit. & resolut. 607. in 2. edit.*

De Benedictionibus matrimonialibus.

179 Contrahentes ante Ecclesiæ benedictionem, ne cohabitent hortatur Concil. Trident. *sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* his verbis: *Præterea eadem Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent: quod cum non præcipiat, sed hortetur, liberam voluntatem excitat, & non obligat, cap. ultim. in fine 4. dist. gloss. verb. statuta, in cap. 1. ubi Abb. num. 9.* & Felin. *num. 20. de constit. quia* † Concilii natura est, ut quamvis excitet ad deliberandum, non tamen obligat ad sequendum, ut multis citatis probatur in libello de principiis utriusque juris, *lit. C. n. 50.* Quare † peccatum mortale non esse ante Ecclesiæ benedictionem matrimonium consummare, sublato scandalo, & contemptu legis Ecclesiasticæ, maxime si probabile adsit incontinentiæ periculum, resolvunt Navar. *in manual. cap. 22. num. 83.* Covar. *de sponsalib. part. 2. cap. 7. §. 2. num. 2.* Vivald. *in caudalab. aureo part. 1. de matrim. n. 254.* V. & r. *in sum. de matrim. n. 267.* Ludou. Lopez *in instruct. consec. p. 2. de Matrim. cap. 36. vers. deinde disceptari solet.* Perez *l. 1. vers. quæri potest, tit. 1. lib. 5. Ordin. Fusc. de visit. lib. 2. Barboia de Episcop. Pars II.*

*cap. 3. num. 21.* Matiens. *in rubr. titul. 1. gloss. 1. num. 98. lib. 5. nova recop. Petr. de Ledesma de matr. quest. 45. art. 5. punct. 3. dub. 1. & in sum. part. 1. de Sac. Matrim. c. 6. concl. 7. prope fin.* Spin. *in speculo testament. gloss. 15. princip. n. 18.* Cened. *ad Decretal. collect. 49. n. 3. & pract. ac canonic. quest. lib. 1. quest. 30. prope fin.* Henriq. *lib. 11. cap. 5. §. 7. in fine, & cap. 7. §. 3. & cap. 16. §. 2.* Rebell. *de obligat. justit. part. 2. lib. 2. q. 7. n. 2.* Coninch. *de Sacram. & cens. tom. 2. disput. 27. n. 71. cum sequentibus.* Basil. Pont. *de impedimentis Matrim. c. 26. §. 2. vers. ex quibus, condit. 4.* Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 4. vers. nam licet.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 12.* Gutier. *eodem tract. cap. 48. n. 3. & c. 106. num. 13.* Bonacina *quest. 4. puncto 6. num. 1. in fine, & n. 4. vers. rogabis quartò, novissimè Marcel. Vulpe in d. praxi, cap. 15. num. 23.* † Excipe nisi adsit contemptus, vel scandalum, juxta præcepta in materia de scandalo, vel lata sit in ea diœcesi excommunicatio contra oppositum facientes: ita Basil. Pont. *ubi proximè, & intendit Henriq. dict. cap. 16. §. 2.* & cum in his casibus peccatum est, tantum peccabitur prima vice, quia ea prohibitio non est nisi ut debitus ordo consummandi servetur, & reverentia benedictionibus debita, remittendo eos priori copulæ, quæ matrimonium legitime consummatum, qua habita, servari amplius non potest; secus autem est quando consummatum Matrimonium ante denunciations, quia ea prohibitio est propter impedimenti timorem, quod per denunciations detegi potest, quæ ratio militat etiam in sequentibus copulis, ita Sanch. *d. disp. 12. n. 111.*

Qui semel contraxit matrimonium, & mortuo primo conjugè aliud inivit, non tenetur in secundo Matrimonio recipere benedictiones, etiam si fortè primum Matrimonium fuerit invalidum, quia benedictiones non respiciunt nuptias, sed personas. Ita Navar. *in man. cap. 22. num. 83.* Perez *lib. 1. versic. est alia pœna, titul. 1. lib. 5. Ordin. Mozz. de contract. titul. de Matrim. cap. de naturalib. Matrim. n. 10.* Menoch. *de arbitrar. casu 417. n. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 49. num. 1.* Coninch. *disput. 27. dub. 8. num. 72.* Gutier. *c. 106. n. 14. cum sequentibus, Sanchez lib. 7. disp. 82. num. 15.* Rebell. *lib. 3. quest. 20. num. 3.* Bonacina *dict. quest. 4. puncto 6. n. 4.* Hurtado *disp. 5. diff. 28. n. 84.* Semper tamen servanda est legitima diœcesis consuetudo. Possevin. *de officio Curati cap. 10. n. 84.* ita ut quamvis prohibeantur sponsi benedici, si unus eorum, qui contrahit secundas nuptias, receperit benedictiones, quamvis alter nunquam recepisset, ex consuetudine licet utrumque benedicere, nec censetur ea benedictio iterari, quia ipsa per se datur ratione conjugis nunquam benedicti, Henriq. *lib. 11. cap. 16. §. 2. lit. M.* Verùm † consuetudo generaliter recepta obtinuit, quod si femina solum nondum fuisset benedicta, posset tunc benedictio solemniter fieri. Ita Covar. *de sponsalib. part. 2. cap. 8. §. 11. n. 2.* Greg. *l. 2. verb. no deven ser velados, tit. 11. p. 4.* Salzed. *ad Bernard. c. 74. lit. B.* Marc. Anton. *Genuen. in pract. Archiep. Neapolit. c. 59.* Mar. Alier. *de censur. tom. 2. disp. 11. de suspensione, c. 4. vers. tertio dubitatur, Aloys. Ricc. loco infra citando, n. 13. in fine.*

Sed quæret aliquis, à quo hujusmodi benedictiones fieri debeant? Quibusdam placet non integrum esse utriusvis contrahentis Parocho benedictiones has impertiri, sed id esse parochi mulieris. Ita Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 21.* Calvacan. *p. 2. decis. 12. à num. 21.* Cevall. *communium contra commun. q. 604. numero 148.* Sed Ego existimo sufficere Parochum utriusvis contrahentis, quia eodem tenore, & eadem clausula petitur à Concilio, *dict. cap. 1.* ut proprius Parochus in ertit Matrimonio, & ut benedictiones conferat: sed ad illud sufficit Parochus utriusvis



contrahentis, ut supra dictum est hac alleg. num. 29. ergo & ad hoc. Quare ita resolvunt Cened. ad Decretal. collect. 81. num. 8. Sanch lib. 7. disp. 82. num. 4. Armendariz in addit. ad recopilat. legum Navarra, lib. 4. tit. 5. l. 1. de Matrim. in declarat. num. 32. Guier. de Matrim. cap. 106. n. 8. & 9. Bonacin. dicta q. 4. punct. 6. n. 3.

Benedictiones conjugales non possunt nisi inter Missarum solemnia fieri, S. Congregat. Concil. in Pisaurensi, 13. Julii 1630. Et Parochus proprius debet accipere elemosynam ratione Benedictionis, & non alius, S. Congreg. Rituum in Acherontin. 25. Januarii 1602.

*Sacerdos secundis nuptiis benedictionem impertiens, vel conjungens in Matrimonium absque Parochi licentia, quam penam incurrat?*

186 **Q**uæret opportunè aliquis, quam penam incurrat Sacerdos benedictionem secundis nuptiis impertiens, casu non permissio? Respondetur, ab officio, & beneficio suspensum ad Apostolicam Sedem mittendum esse cum litteris Episcopi, prout disponitur in cap. 1. de secundis nuptiis, quæ tamen missio ad Romanam Curiam sublata fuit per Extravag. constitutionem Ioan. XXII. de qua meminerunt Covar. d. §. 10. num. 2. versic. est tamen, Salzed. ad Bernard. cap. 77. lit. C. Henriq. dict. cap. 16. §. 2. litt. Q. Sanchez dist. disp. 82. num. 28. Mar. Alter. d. cap. 4. vers. quinto. Et quamvis aliqui teneant, prædictam suspensionis penam locum habere tantum ubi constante priori Matrimonio Presbyter secundas nuptias benedicit, ex quorum numero sunt Covar. dict. §. 11. num. 1. & ab eo citati, ac etiam Aloyf. Ric. in praxi fori Ecclesiastici, decis. 369. num. 2. in 1. edit. & resolut. 313. in 2. edit. Verius tamen est † Sacerdotem huiusmodi suspensionem incurrare, si benedicat secundum Matrimonium, etiam dissoluto primo, ut ostendit text. in cap. vir autem, de secundis nupt. ibi, cum alia vice benedicti sint, sequuntur Mar. Alter. dict. cap. 4. vers. sed primo, Salzed. dict. cap. 77. lit. D. Marc. Anton. Genuens. dict. cap. 59. in addit. Sanchez dict. disput. 82. in fine, Ugolin. de potestate Episcopi cap. 15. §. 12. num. 6. † Quæ quidem pena suspensionis ab officio, & beneficio, lata in dict. cap. primo, de secundis nuptiis, non infligitur ipso jure, quia præcipitur ibi ut ipsum suspensum remittat absolvendum ad Pontificem, quasi dicat, ipsum suspende, & ubi suspende-  
187 ris, à solo Pontifice potest absolvi, & resolvunt Bernard. dict. cap. 77. num. 2. Covar. dict. §. 11. num. 2. Clar. §. final. quest. 75. vers. Sacerdos, Henriquez lib. 13. c. 39. num. 3. & dict. cap. 16. §. 2. Navarr. cap. 25. num. 137. Mar. Alter. dict. cap. 4. vers. secundo, Marc. Anton. Genuens. dict. c. 59. in addit. Perez lib. 5. colum. 5. vers. intelligas, tit. 1. lib. 5. Ordin. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 241. in fine, Sanch. dict. disp. 82. num. 27. Guier. cap. 106. a num. 16. Quamvis arbitraria tantum pena esse puniendum Clericum in casibus sibi non permissis nuptiales benedictiones indulgentem, asserant Jacob. de Grassis in decis. aureis, p. 1. lib. 2. c. 82. num. 2. in fine, Menoch. de arbitrar. casu 417. num. 8. Perez dict. vers. intelligas, Ceval. dict. quest. 604. num. 135. Salzed. dict. cap. 77. lit. F. vers. in hoc delinquens, Aloyf. Ricc. d. resolut. 313. num. 1. Ugolin. d. §. 12. n. 6. in fine.

189 Circa penam verò, quam Sacerdos incurrit conjungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochiæ absque Parochi, vel Ordinarii licentia, disponit Concil. Tridentin. dict. cap. 1. his verbis: Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive secularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio

vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponfos sine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandiu suspensus maneat, quoadiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. † Hanc suspensionis penam nedum ad officium, sed etiam ab beneficio extendi posse resolvit Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 14. n. 9. quoniam in gravibus id regulare est, ex gloss. in Clem. cupientes, de penis, & c. latores, de Clerico excomm. minist. & gloss. final. in c. pastoralis, de appellat. Covar. de spons. p. 2. cap. 6. in princip. num. 13. Perez in l. prima, versic. est etiam alia pena, tit. 1. lib. 5. Ordin. † Ab hac suspensione non solum Episcopus, sed etiam ejus Vicarius potest absolvere, ut resolvunt Sanchez lib. 3. disp. 52. num. 4. & Mar. Alter. d. c. 5. in fin. Contra Franc. Molin. dicto loco, n. 156.

Sacerdotes Regulares Matrimonia ministrantes, sive solemnizantes, non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali, ultra prædictam suspensionem, quam ipso jure incurruntur per Concil. ubi proximè, ipso facto sunt excommunicati excommunicatione Sedi Apostol. reservata in Clem. 1. de privileg. cum suspensionis pena à Concil. Trident. noviter prolata in casu de quo agimus, non videatur sustulisse veterem aliis legibus impositam, ubi utraque sustineri potest, ut supra probavimus. Quare hanc sententiam tenent Navar. consil. 1. num. 7. sub tit. de penit. in 1. edit. & consil. 10. sub tit. de constitut. in 2. edit. Majol. de irregularitat. lib. 3. c. 25. num. 12. vers. clandestinum, Ugolin. dict. §. 12. num. 8. Sanchez lib. 3. disput. 48. num. 8. & 9. Mar. Alter. dict. disput. 11. cap. 4. vers. sed quæret, Fr. Ludovic. Miranda in manual. Prælat. tom. 1. quest. 48. art. 2. quicquid contrarium teneant Henriq. lib. 13. cap. 38. §. 2. in com. lit. E. Soar. de censur. disputat. 12. sect. 4. num. 13. Sayr. eodem tract. lib. 4. c. 15. num. 2. Bonacina de Matrim. quest. 4. punct. 6. n. 8. & de censuris disput. 3. quest. 6. puncto 5. num. 19. in fine, Fr. Basil. Pont. dict. c. 26. §. 2. vers. ex quibus, condit. 10. & §. 6. in princip. Nec obstat quod levior pena legis novæ corrigat duriores antiquæ Constitutionis, quia hoc intelligendum est, ut inquit Ioan. Anan. in c. ult. ad finem, de collus. deteg. & Navar. d. consil. 10. in penis, quæ ab ipso jure inferuntur, non in iis, quæ ipso jure incurruntur, ut est excommunicatio illa d. Clem. 1.

*De temporibus quibus Matrimonium celebrare vetitum est, benedictionesque nuptiales non sunt faciende.*

A prima die Adventus Domini usque ad diem Epiphaniæ, & à quarta feria Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivè matrimonia celebrare vetitum est, quod tempus incipit à media nocte Dominicæ Adventus, & à media nocte feriæ quartæ Cinerum, cum tunc incipiat Adventus, & Quadragesima more Romano, ut decidit Concil. Trident. sess. 24. de reformatione matrimon. c. 10. & plures Doctores ad hoc refert Cen. ad Decretal. collect. 22. quibus addit Matien. in rubric. tit. 1. glos. 1. n. 147. l. 5. nova recopilat. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 16. §. 2. Petrus de Ledesma in sum. part. 1. de Sacram. Matrimonii, cap. 10. conc. 8. dub. 1. vers. el tercero, Reginald. in praxi fori penit. lib. 3. n. 188. Bonacina de Magno Matrimoni. Sacramento, quest. 3. puncto 14. num. 4. Sanchez de Matrimoni. lib. 7. disp. 7. Possivin. d. cap. 10. n. 25. vers. queritur.

Verum tamen est, de licentia Ordinarii posse dictis temporibus celebrari sponsalia, & matrimonia sine solemnitate, ut ait glossa communiter recepta in c. Capellanus, de feriis, nam matrimonium prohibetur



tur per Ecclesiam in Adventu, & quadragesima quoad solemnitates, traductionem scilicet ad domum, convivium, benedictionem, prout decisum referunt Galet. in *margarita casuum conscientiae, verb. matrimonium, pag. 163, col. 1.* Francisc. Leo in *thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 9. n. 57.* resolvunt Sanch. n. 12. Reginald. n. 288. Bonacina n. 3. *dictis locis*, Coninch. de *Sacram. disp. 30. de Matrim. dub. 3. n. 36.* Aloyf. Ric. in *decif. Curia Archiep. Neapol. decis. 9. p. 4.* Vnde posse Episcopum ex magna causa concedere, ut his temporibus prohibitis nuptiæ celebrentur, dummodo celebratio matrimonii, si commodè fieri potest, fiat secretò, & sine populi frequentia, resolvunt Emman. Sà, *verb. matrimonii impedimenta non dirimentia, num. 12. in fine, Sanch. d. lib. 7. disp. 7. n. 6.* Alzedo *dict. part. 2. cap. 7. num. 42.*

Consummare Matrimonium antea contractum his temporibus non est prohibitum, cum Jura non loquatur de consummatione. Ita Navar. in *manual. cap. 22. num. 71.* Sanchez *dict. disput. 7. num. 21.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Matrim. c. 3.* Coninch. *disput. 30. dub. 3. ad finem, Reginald. d. lib. 31. n. 198.* Quamvis prædictis temporibus vetitum sit Matrimonium contrahi, si tamen de facto contrahatur, validum erit, contrahentes verò peccabunt mortaliter, prout decisum refert Armendar. in *addit. ad recopilat. legum Navarrae, lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matr. in declarat. n. 10.* resolvunt P. Sanchez *d. disp. 7. à num. 3.* Matienf. *dict. glos. 1. num. 147.* Cened. *d. collect. 22. num. 2.* Bonac. *dict. num. 4.* Aloyf. Ric. in *decif. Curia Archiep. Neapol. decis. 8. n. 3. p. 4.*

Ultra prohibitionem de qua supra, etiam matrimonium licitum non est, neque absque peccato contrahi potest tempore interdicti, vel à personis interdictis, & ostenditur ex principali, & certissima, resolutione in hac materia, quod ea solum sacramenta tempore interdicti licita censeantur, quæ specialiter à Jure conceduntur, sed matrimonium unum est ex septem Ecclesiae Sacramentis: denique nulli permittitur reperitur: ergo à prima regula generali excipiendum non est. Accedit quia ratio necessitatis, quæ in illis permittis consideratur, matrimonio non convenit, quia nulla necessitas poterit occurrere, ut matrimonium nunc, & statim ab interdictis, vel in loco interdicto celebretur; nec etiam si differatur, Ecclesiis debitus honor subtrahitur, neque hæreses pullulant, nec crescit indevotio populi, quæ sunt rationes concessionis factæ in *cap. alma mater, de sent. excom. lib. 6. ut in principio exprimit: ita Ugolin. de censur. tab. 5. cap. 8. §. 3. num. 1.* cumque sequitur, & laudat Sayr *eodem tract. lib. 5. cap. 7. n. 43.* ac etiam P. Suarez *tom. 5. disp. 33. sect. 1. à num. 51.* latè disputans à n. 46. sequitur etiam Bonacina *de cens. disp. 5. puncto 2. §. 3. n. 7.*

Verùm communis sententia est in contrarium, resolvens quod licet, & indistinctè Sacramentum Matrimonii, quoad sui substantiam contrahi potest tempore interdicti, atque ita tam in Ecclesia, quam à personis specialiter interdictis: solet hæc doctrina deduci ex *glos. verb. Sacramentis, in d. cap. alma, sequitur Abb. in cap. non est, num. 8. de sponsal. ubi Alex. de Næv. num. 21.* & post alios antiquiores Navar. in *manual. cap. 27. num. 179.* Covar. in *d. cap. alma, part. 2. §. 2. num. 7. vers. Matrimonii autem, plures refert Henriq. in sum. lib. 13. cap. 45. §. 3. Tolet. lib. 1. cap. 53. n. 3. Sà in aphorism. verb. interdictum. n. 17. Fr. Emman. quest. reg. tom. 2. q. 109. art. 3. latè tuctur post multos quos refert, Sanch. de *Matrim. lib. 7. disp. 8. à num. 2.* Latissimè Mar. Alter. de *censur. tom. 2. disp. 4. c. 7. Avil. de censur. p. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 6. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. interdictum. §. plures afferentes rationes. Prima est ex glos. d. verb. Sacramentis**

† reliqua Sacramenta prohibita tempore interdicti gratiam conferunt, non ita matrimonium; sed falsa est, & hæretica hæc doctrina: cum enim matrimonium unum sit ex septem Ecclesiae Sacramentis, necessariò conferre gratiam dicendum est, ex Trident. *sess. 7. de Sacram. in genere, can. 1. & 6.* & de ipso matrimonio definit idem Trid. *sess. 24. can. 1.* & ex Florent. I. & Colonienfi, ac receptissima Theologorum schola comprobatur Covar. de *sponsal. part. 2. cap. 1. §. 1. n. 3.* & ex sanctis Patribus latè probatur Jodoc. Cocc. in *suo thesauro Christiano, tom. 2. lib. 9. art. 2.* Spin. in *speculo testament gloss. 15. princip. num. 15.* Sayr. de *Sacrament. in genere, lib. 1. cap. 2. quest. 2. art. 4. versic. quo verò ad matrimonium, Petrus de Ledesma in sum. part. 1. de Sacram. Matrim. cap. 1. conclus. 1. & 19. Card. Bellarm. tom. 2. de *Matrim. Sacram. lib. 1. c. 5. arg. 12.* Valent. *tom. 4. disput. 10. quest. 1. punct. 5.* Gutier. de *Matrim. c. 42.* Bonacina *eodem tract. qu. 2. puncto 1. num. 2.* Francisc. Molin. de *ritu nuptiar. lib. 2. different. 18. n. 5.* Henriquez in *sum. lib. 11. cap. 8. in princip. Sanch. de *Matrim. lib. 2. disp. 10. à n. 2.* Rebell. de *obligat. iustit. part. 2. lib. 2. quest. 3.* Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 1. à num. 2.* Coninch. de *Sacrament. tom. 2. disp. 24. dub. secundò à num. 5.***

Quare rejecta illa ratione, aliisque à prædictis Doctoribus congestis, primam sententiam veriorum duco, non obstantibus in contrarium adductis, quibus pro faciliore explicatione sigillatim respondendum est. Primò prædictæ communis sententiæ Auctores dicunt, speciale habere Matrimonium præ cæteris Sacramentis, quod licet à Christo Domino excellentia Sacramenti fuerit illustratum, prius tamen ei convenit ratio contractus civilis, quam Sacramenti perfectio, semperque uti contractus naturam retinet, & verus contractus sua specialia sortitur impedimenta, nec ad instar aliorum Sacramentorum prohiberi solet; ut post alios advertit Sanchez *dict. disp. 8. n. 5.* Cui objectioni respondeo, quod licet contractus sit, simul tamen, & ubi primum perfectus est, Sacramentum efficitur; ita ut in nullo instanti perfecti contractus ratio possit considerari, in quo Sacramentum non sit, ut notabiliter resolvit Sanch. *d. lib. 2. disp. 10. num. 6.* quare licet dum sit, ex eisdem causis componatur, quibus constat in genere contractus, quia tamen eodem instanti, quo perficitur, statim sit Sacramentum, repugnat principiis in materia interdicti, quod ab interdictis, vel in loco interdicto celebretur sine speciali legis concessionem, contra generalem regulam, quæ omnia prohibet Sacramenta, exceptis permittis.

Secundò pro sua sententia considerat Avil. contra Primam quam sequimur, Sacramenta prohibita actum Ordinis requirere, non ita matrimonium, in quo contrahentes sunt proprii ipsius ministri, ut ex D. Thom. Bellarm. Henriq. & aliis resolvit Sanch. *dict. lib. 2. disp. 6. num. 2.* Cui considerationi respondeo, quod licet ante Trident. *sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1.* aliquam habere videatur probabilitatem, post illud non ita, cum jam matrimonium sine præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de ejus licentia non valeat, & licet fateamur etiam hodie non esse proprium matrimonii ministrum Parochum, sed ipsos contrahentes, ex resolutis per Sanch. *dict. lib. 2. disput. 6.* negari tamen non potest concurrere Parochum ad matrimonii validitatem, & aliquo modo illud administrare, & consequenter legem canonicam, quæ tam formam præscribit, addens ut Parochus contrahentes jungat dicendo, ego vos conjungo, &c. voluisse ne fiat interdicti tempore, ut bene considerant Henriq. & Ugolin. n. 1. in fine, Sayr. n. 46. *dictis locis.*



202 Tertiò, pro sua opinione etiam adducunt auctoritatem text. in cap. Capellanus. de feriis, dum inquit Matrimonium quocumque tempore contrahi posse: ergo & tempore interdicti. Adducunt etiam receptam sententiam, quæ docet matrimonium ab excommunicato valide contrahi posse, juxta cap. significasti, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, cum aliis, ex quibus est receptissima omnium conclusio, ex adductis à Sanchez lib. 7. disput. 9. n. 2. Sed prædicto text. in c. Capellanus, respondent Ugol. & Sayr. procedere secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, cujus meminit. Sed facilius respondebis quæstionem de qua in eo textu non fuisse tempore interdicti, prout censura est Ecclesiastica, sed de prohibitione nuptiarum tempore feriarum, unde istæ inciperent, & juxta hunc sensum ait Romanam consuetudinem esse, ut matrimonium quocumque tempore contrahatur, id est non observatis ullis feriis: unde generalitas hæc terminos habiles supponit circa ea, quæ specialiter non decedit, ita ut sensus sit, posse matrimonium fieri quocumque tempore habili, & non prohibito, juxta reg. l. qui testamento 20. in princ. ibi, si aliud nihil impediatur, ff. de testam. & generalem doctrinam gloss. in cap. 1. de constit. & in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Et ad illud de excommunicato respondendo dico † potius contra communem retorqueri; nam verius est matrimonium ab eo contractum validum quidem esse, idque solum probat text. in d. cap. significasti, non tamen licitè contrahi, sed potius in peccato, ut ex D. Anton. Palud. Nav. Henriq. & innumeris aliis comprobatur Sanch. d. lib. 8. disp. 8. num. 3. quare eodem modo concludendum est, prædictis non obstantibus matrimonium in loco interdicto, & ab interdictis validè, non tamen licitè contrahi posse.

204 De sponsalibus autem nemo dubitavit tempore interdicti licitè contrahi posse; ratio enim Sacramenti, ob quam secundum nostram resolutionem matrimonium eo tempore prohibitum est, aperte deficit in sponsalibus, sunt enim purè contractus humanus, atque ita advertit Ugolin. d. cap. 7. §. 3. n. 2. Sayr. d. cap. 7. n. 40. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 4. c. 7. in princ. Neque his terminis applicari potest reg. text. in l. oratio, ff. de spons. quod prohibito matrimonio prohibetur sponsalia: non procedit enim data diversa ratione, quæ in proposito requiritur, ut bene explicant Connan. comment. Juris Civilis lib. 8. c. 2. n. 3. Menoch. de presumpt. lib. 6. q. 93. n. 7. Gutier. de confirm. p. 1. c. 51. n. 9.

205 De benedictionibus tamen Matrimonii aliqui Doctores constanter tenent, illas licitè fieri posse tempore interdicti, ut est Angel. verb. interdictum 6. num. 30. & alii relati à Sanch. d. disp. 8. num. 9. rationem sumentes ab illa communi sententia, quam impugnavimus, asserente Matrimonium licitum esse unde colligunt benedictiones tanquam ipsius accessorias licere debere, ex reg. cap. accessorium, de reg. jur. in 6. Contrarium tamen resolvunt communiter reliqui omnes, ut constat ex Palud. D. Anton. Cov. Henriq. Ugolin. & infinitis aliis relatis à Sanch. d. disp. 8. n. 10. Sayr. d. c. 7. n. 41. Bonacina d. §. 3. n. 9. ex ea ratione, quia secundum veriore sententiam, quam sequimur, si Matrimonium est prohibitum, à fortiori concluditur prohiberi benedictiones, & etiam data, & non concessa adversariorum communi sententia, Angeli ratio nihil concludit, quia benedictiones fiunt precibus, & orationibus adhibitis tempore Missæ, ut in Miss. Rom. scribitur, & consequenter continent officium Ecclesiasticum, quod tempore interdicti prohibitum esse constat.

206 Dubium tamen restat in hac materia decidendum, an scilicet licitè fiant benedictiones & Matrimo-

nium servata moderatione cap. alma mater, §. adjicimus, de sent. excom. lib. 6. Negativè respondent Ugol. d. c. 7. §. 3. in fine. Sayr. d. c. 7. n. 41. in fine, ea scilicet ratione, quia licet Divina, seu Ecclesiastica officia tempore interdicti permittantur cum illa moderatione, debent tamen Laici excludi, ut est receptissima omnium scribentium sententia post gloss. verb. interdictis, in d. c. adjicimus, quam ibi sequuntur Dominic. Anchar. Franc. Calder. & alii omnes, qui de hac materia scripserunt, ut asserit Cov. part. 2. §. 1. n. 4. Navar. num. 174. Ugolin. dec. 54. num. 1. Henriq. §. 3. Sayr. num. 24. Suar. disputat. 34. sect. 1. à num. 21. Avil. disputat. 4. sect. 2. dub. 4. conclus. 1. dictis locis, ampliamentes non solum ab integris officiis divinis, sed etiam à qualibet eorum parte laicos esse excludendos, ita ut neque ad faciendam oblationem in medio Missæ, neque extra Ecclesiam ad pacè sint admittendi tempore quo in Missa dari solet, & idè cum hujusmodi Matrimonium sine præsentia laicorum, quales sunt contrahentes, contrahi non possit, neque dari benedictiones, rectè sequitur moderationi dict. §. adjicimus, in hoc proposito locum non esse, quamvis contrarium teneant post Sylvest. Covar. dict. part. 2. §. 2. n. 7. vers. Matrimonii, Avil. d. disp. 4. sect. 1. dub. 6. conclus. 4. Henriq. c. 44. §. 1. lit. D, & alii, quos sequitur Sanch. dict. lib. 7. disp. 8. n. 11. qui non effugit vim prædictæ rationis, sed magis ei succumbit, dum ex Henriq. respondet, intelligendum esse Ugol. & Sayr. resolutionem si contrahentes habeant privilegium, hoc enim nihil aliud est, quàm concedere, secundum Juris rigorem dari non posse benedictiones cum ea moderatione, ut resolvit Ugol. & alii, qui eum sequuntur. In Ecclesia autem specialiter interdicta apud utriusque opinionis Auctores est indubitatum, dari non posse benedictiones, nec contrahi matrimonium, ut ex communi multis probat Sanch. d. disp. 7. num. 12. quia moderatio illa solum obtinet in interdicto locali generali, non in Ecclesia specialiter interdicta, ut notavit gloss. verb. Ecclesiis, in dict. §. adjicimus, quam omnes ibi sequuntur. Per contrarium autem posse eas dari in festivitatibus exceptis, si ex alio capite prohibita non sint, ut prohiberi constat in festo Paschatis, & Natalis Domini, ex Concil. Trid. sess. 24. de reformat. Matrimonii, c. 20. receptissimum est, ut comprobant Ugolin. cap. 8. §. 10. Covar. Henriq. Vival. & alii, quos refert Sanch. d. disp. 8. n. 15. Sayr. d. c. 47. Avil. dict. dub. 6. ad finem, Mar. Alter. dict. c. 7. vers. secundò dubitatur.

Hæc pauca, quæ quotidiana sunt in materia Matrimonii, in compendium reduxi, quia Episcoporum conveniunt jurisdictioni, cetera autem quæ de Matrimonii Sacramento desiderari possunt, sunt latissimè in multis libris de hac editis tractata: qui ea ediscere cupit, consulat Verac. in speculo conjug. Vivald. in candelabro aureo, tit. de Matrim. Matienzo. tit. 1. lib. 5. nova recop. Card. Bellarm. in suis controvers. tit. de Matrim. Iul. Salazar. de Matrim. dissolut. Francisc. Anton. Oliver. de nullitate Matrim. Iacob. de Naclant & Anton. Cont. de Matrimoniis clandestinis irritandis, Greg. de Valent. de Matrimonii indissolubili vinculo, Fernandez in examine Theologiae Moralis, part. 2. c. 15. cum seqq. Vincent. Filliuc. quest. moral. tract. 10. de Sacram. Matrim. Petr. de Ledesm. in speciali tr. de Matrim. & in sua sum. part. 1. de Sacram. Matrim. Henriq. in sum. lib. 11. de Matrim. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Matrimonium. Steph. Quaranta in summa Bullarii, verb. Matrimonii impedimenta, & verb. Matrimoniales dispensationes. Egid. de Coninch. de Sacram. tom. 2. disp. 21. cum seqq. Joan. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 19. de sponsalibus. & Matrim. Rebell. de obligat. Instit. p. 2. l. 3. de contractibus Matrimonii.



*Matrimonii, Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 31. de Matrimonii sacramento, Joan. Petr. Fontanella in tr. de pactis nuptialib. sive capitulis Matrimon. Francisc. Molin. de ritu nuptiarum, & pactis in Matrimonio conventis, Fr. Basil. Pont. in tract. de impedimentis Matrimonii, & novissimè in tract. de Sacramento Matrimonii, & Joan. Gutier. in speciali tract. de Matrimonio, Bonacina in tr. de magno Matrimonii Sacramento, & novissimè Gasp. Hutt. etiam de Matrimonio Omnium latissimè tribus tomis totam hanc materiam eleganter tractavit doctiss. Thom. Sanch. illius quidem Sacri Ordinis, qui nominis, quod super omne nomen est, titulo præsignitur.*

ALLEGATIO XXXIII.

Episcopus in Pontificia, vel generalis Concilii lege quâdo possit dispensare?

SUMMARIUM.

- 1 Dispensatio in genere sumpta est iusta distributio rei communis in singulos, iuxta cuiusque necessitatem.
- 2 Dispensare in iure nostro idem est, quod legibus solvere.
- 3 Dispensatio definitur, quod sit juris communis relaxatio cum causa cognitione ab eo, qui habet potestatem dispensandi.
- 4 Dispensatio emanans ab inferiore requirit necessariò causam cognitionem, & expressionem.
- 5 Dispensatio sine causa dicitur potius dissipatio.
- 6 Dispensatio cessat, cessante causa.
- 7 Dispensatio est quid odiosum, & stricti juris, strictèque intelligenda.
- 8 Dispensatus ad unum censetur dispensatus ad omnia consequutiva ad illum unum.
- 9 Dispensatio facta ad unum effectum, vel in uno defectu, ad alios non extenditur.
- 10 Argumentum de majori ad minus non habet locum in dispensationibus.
- 11 Cap. cui licet 53. de reg. iur. lib. 6. non procedit in dispensationibus, sed tantum in his, quæ propriè, & absolutè à iure communi conceduntur.
- 12 Cap. ex parte 27. de decimis, declaratur.
- 13 Argumentum de majori ad minus in privilegiis particularibus, seu dispositionibus odiosis affirmativè prolatum non valet.
- 14 Monachus, cui conceditur dispensatio ad beneficium curatum, non poterit simplex possidere.
- 15 Cap. per Venerabilem, vers. autem, qui filii sint legitimi, declaratur.
- 16 Episcopus in his, quæ sunt de genere permissorum, potest ex rei natura intra propriam diocesim ea omnia, quæ summus Pontifex potest in Ecclesia universalì, nisi per sacros Canones, aut per summum Pontificem prohibeatur.
- 17 Episcopis videtur absolvendi potestas esse concessa, quoties conditor Canonis censuris at solutionem non reservavit.
- 18 Refertur sententia asserentium Episcopos in lege Canonica posse dispensare, quando eis expressè, vel tacitè conceditur dispensandi facultas.
- 19 C. dilecti, de tempor. ordinat. declaratur.
- 20 Cap. nuper, vers. in secundo, de sententia excommunicat. declaratur.
- 21 Episcopis fit dispensandi facultas à lege, vel tacitè, vel expressè.
- 22 Dispensatio Episcopis quando tacitè concedatur.
- 23 Episcopus quando dispensat ex tacita legis permissione, si faciat sine iusta causa, non tenet dispensatio in utraque foro.

- 24 Concilii decreta expressa egent Pœnitentiis derogatione.
- 25 Episcopus non potest dispensare in lege Concilii generalis, quamvis absolutè permittat dispensationem.
- 26 Episcopus super Concilio an data causa necessitatis possit dispensare.
- 27 Conciliaris Constitutio quando dicatur.

**D**ISPENSATIO in genere sumpta nihil aliud est, quàm iusta distributio rei communis in singulos, iuxta cuiusque necessitatem, unde dispensatores dicuntur illi, quibus spiritualia, aut temporalia intra singulos dividenda mandantur, ut probatur *Luc. 12. ibi, quis putas est fidelis dispensator, Paul. 1. ad Corinib. 4. sic nos existimet homo, &c. & c. 6. dispensatio mihi credita est. Faciunt text. in l. dispensatori § 1. & in l. dispensatorem 62. ff. de solut. l. urbana 166. & ibi Alciat. ff. de verb. signif. Docent. D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 4. & 2. 2. quest. 88. art. 10. D. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 6. Sylvest. verb. dispensatio, q. 1. Sor. de justit. lib. 1. q. 1. art. ult. Covar. de sponsalib. p. 2. cap. 6. §. 9. num. 1. At verò attendo iure nostro in cap. de multa, ad finem, de præb. & in cap. proposuit. de concess. præbenda, & in c. & si clerici §. de adulteriis, de judic. & passim alibi, dispensare idem est, quod à legibus solvere, & à vinculo legis eximere, l. Princeps. ff. de legibus, Cardos. in praxi iudicum. verb. dispensatio.*

Diffinitur autem dispensatio, quod sit juris communis relaxatio cum causæ cognitione, ab eo qui potestatem habet dispensandi. Ita gloss. penult. in princ. in cap. requiritis, §. nisi rigor, quest. 7. recepta communiter ibi, ut per Navar. in c. quem pœnitet, num. 7. de Pœnitent. distinct. 1. & in man. prælud. 9. num. 13. Covar. dict. num. 1. Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. n. 1. pag. 179. Monet. de distributionibus quotidianis, part. 2. quest. 14. num. 2. Fr. Eman. quest. Regul. tom. 22. q. 46. art. 1. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 260. in 1. edit. & resol. 227. num. 2. in 2. edit. Jacob. de Grass. in aureis decis. part. lib. 2. cap. 31. num. 2. Sayt. in clavi Regia lib. 6. cap. 11. à princip. Alphons. Alvarez in speculo iuris Pontificii, c. 17. de dispensat. Sanctis. Episcop. in princip. Cardinal Tulch. practicar. conclus. litt. D. conclusio. 457. Suar. de legibus lib. 6. c. 10. num. 7. Cardos. in praxi iudicum, & Advocat. verb. dispensatio, n. 1. Fr. Ludov. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. q. 30. art. 1. Ugolin. de potestate Episcopi cap. 7. à num. 1.

Verum hæc diffinitio, quamvis sit communiter recepta, non videtur admittenda, quia per illam solum Jus commune, non verò particulare, velut municipale, aut synodale, relaxatur, siquidem hoc Juris communis appellatione minimè continetur, cap. 1. de const. lib. 6. Deinde comprehendit etiam solum dispensationes emanantes ab inferioribus, in quibus necessariò causæ cognitio, & expressio prærequiritur, ut in Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 18. ibi, causa cognita, & sess. 14. de reform. c. 7. ibi, causa cognita itaut non valeant, ex gloss. ultim. in fine, ibi, vel. dic. &c. in cap. litteras, de concess. præbenda, gloss. ultim. in princip. in c. 1. de acate, & qualis lib. 6. gloss. 1. per textum in cap. 2. de schismaticis, Menoch. ubi multos refert, consil. 15. n. 15. Navar. in consil. ultim. num. 4. de simonia, post alios Gutier. canonic. lib. 1. cap. 19. num. 5. † Quod enim fit sine causa, dicitur potius dissipatio quàm dispensatio, ut B. Bernardum referendo, dicit Curt. seu cons. 19. Aggredior, n. 6. Socin. jun. cons. 120. n. 28. volum. 2. & ideo requiritur causa, quia per dispensationem vulneratur Jus publicum, ut dicit. Put. Rota Roman. decis. 3. lib. 2. refert Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 410. n. 3. Et † cessante causa cessat dispensatio Archidiacon. in c. 1. per illum



illum text. post princip. 55. distinct. c. ultim. in fine. 77. dist. glos. in cap. post translationem, verb. cessante, de renunc. cum aliis citatis à Ric. dict. resol. 410. num. 8. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 30. num. 14. intelligendo cum Diana moral. resolut. part. 1. tract. 10. resol. 41. quæ tamen cognitio, & expressio in dispensationibus à supremo Principe emanantibus necessariò non requiritur, & Rebuff. ubi supra, num. 9. advertit Suar. de Relig. tom. 2. tract. 6. lib. 6. cap. 9. num. 1. Dic ergo, quod dispensatio sit legis, seu Iuris alicujus per legitimum Superiorem relaxatio. Quæ diffinitio videtur magis congruere materiæ, de qua agimus, & effugere difficultates, de quibus supra.

7 Dispensatio est quid odiosum, & stricti Iuris, strictèque intelligenda, cap. 1. & cap. 2. de filiis Presbyt. lib. 6. cap. non potest, de præben. eodem libro, cap. quod dilectio, de consang. & affin. l. ex pacto, in princip. ff. de vulgari, & pupillari. Ial. in l. re conjuncti, n. 178. ff. de legatis 3. Matien. l. 10. glos. 1. num. 7. tit. 8. lib. 5. nova recopil. Monet. d. 9. 14. num. 5. Mar. Antonin. variar. lib. 1. resol. 19. num. 14. & lib. 3. resol. 2. n. 18. Cardos. in praxi judicum, verb. dispensatio, n. 9. & 19. Campan. in divers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 90. Fr. Ludov. Miranda d. 9. 30. art. 12. concl. 2. Brunor. in locis communibus, verb. Dispensatio, n. 9. Aloyf. Ricc. d. resol. 227. num. 3. & d. resol. 410. num. 4. Sanchez d. disp. 1. num. 3. Girona de privilegiorum explicatione, numero 111. cum sequentibus; nam dispensatio vocatur vulnus, quia per eam Ius ipsum vulneratur, c. ipsa pietas, 23. quaest. 4.

8 Et licet dispensatus ad unum, dispensatus censetur ad omnia consequutiva ad illud unum, ut per gloss. verb. plures, in cap. quia in tantum, de præben. Sayr. de censuris lib. 6. cap. 14. num. 21. plenè Sanchez dict. lib. 8. disput. 1. num. 19. tamen ÷ dispensatio facta ad unum effectum, vel in uno defectu, ad alios non extenditur, Afflict. decis. 320. num. 12. Rota divers. decis. 233. part. 1. quam refert Ricc. dict. resolut. 227. num. 6. Burg. de Pace l. 3. Tauri, num. 221. cum sequentibus. Girona d. loco, num. 115. ubi limitat quando dispensatio fit motu proprio, vel ratione connexitatis, & accessorii, vel in his quæ recipiunt interpretationem à Iure communi, vel quando proprietas verborum extensionem requirit, aut quando dispensatio est favorabilis ex causa necessaria, vel est necessaria ex favorabili causa, & quando alicui data est potestas dispensandi contra Ius; tunc enim ut favorabilis extenditur, nec quidem fit extensio ad causam minorem, licet majorem habeat rationem, ut per Panorm. in cap. ad aures, num. 7. de rescriptis, Nat. conf. 163. n. 5. Aloyf. Ricc. d. resol. 227. n. 7. & dicit D. Felician. de Vega nunc Archiepiscop. Mexican. in relect. c. & si clerici, §. de adulteriis, n. 84. de judic.

10 Argumentum enim de majori ad minus non habet locum in dispensationibus, Cov. de spons. p. 2. c. 8. §. 8. num. 11. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 48. & sequ. Brunor. à Sole in locis commun. verb. dispensationes sunt odiosa, Suar. decis. 268. n. 20. & 21. Cald. Pereira de nomin. emphyt. q. 21. num. 65. Gutier. canon. lib. 2. cap. 15. n. 1. 2. Rendina in prompt. recep. sent. tom. 1. tit. 29. n. 12. Molina de Justit. tract. 2. disp. 591. n. 2. Sanch. d. disp. 1. n. 31. & disp. 24. n. 17. lib. 8. me citato in hoc loco, Iannez Fajardo ad cap. tanta, qui filii sunt leg. memb. 1. n. 91.

11 Sic etiam reg. cui licet 53. de regulis Iuris lib. 6. non procedit in dispensationibus, sed tantum in his, quæ propriè, & absolutè à Iure communi conceduntur, Ial. lib. 3. num. 43. ff. de constit. Principum, Felin. in cap. postulasti 9. de rescriptis, Paul. Emil. decis. 8. n. 6. p. 1. Campan. d. c. 13. n. 92. Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. ad plura, num. 64.

12 Hinc intelligitur text. difficilis in cap. ex parte 27.

de decimis, ommissis namque variis intellectibus, de quibus Covar. lib. 1. variar. cap. 17. num. 13. Gutier. Canon. lib. 2. cap. 21. à n. 116. Fortun. in §. & quid sit tantum, num. 146. Rebuff. de decimis, quaest. 14. à princ. Suar. de Relig. tom. 1. de decimis, quaest. 23. à num. 4. Menoch. consil. 33. à num. 2. dicendum est text. illum non agere de privilegio, aut concessione speciali circa decimas recipiendas; sed magis de concessione Iuris communis, per quam eodem attentio poterat Abbas, vel Parochus ille percipere decimas de laboribus terræ Parochiarum suarum, & ita sensus est, cum tibi concessum sit, similiter à Iure communi, de quo in cap. cum contingat, vers. unde, de decimis, quod majus est, ÷ nempe ut percipias decimas de laboribus, & minus concessum esse videtur, nempe ut eas percipias de novalibus, & ita fit argumentum de majori ad minus affirmativè in his, quæ competunt Iure speciali: nam in privilegiis particularibus, seu dispositionibus odiosis argumentum de majori ad minus affirmativè non valet, cap. fin. de translat. Prælati, c. cui de non Sacerdotali, de præben. in 6. cum similibus, Sanchez d. disp. 1. n. 32. Ioan. Andr. in c. ea qua, de reg. Iuris in 6. ubi dicit, quod ex dispensatione Monacho concessa, ut possit beneficium Curatum obtinere, minimè poterit simplex possidere, & Nat. conf. 504. non sum nescius, num. 4. & 5. asserit quod ÷ dispensatio Monacho facta ad beneficium Curatum, non potest rigitur ad simplex, refert Aloyf. Ricc. in praxi, resolut. 410. num. 5.

Obstat maximè text. in c. per venerabilem, versicul. quod autem, ibi, quod in majori conceditur, licitum esse videtur & in minori, qui filii sunt legitimi, ubi Summus Pontifex in materia legitimationis, seu dispensationis arguit de majori ad minus, cui variis modis respondent scribentes: alii etiam distinguunt inter dispensationes odiosas, & favorabiles, ut in his posterioribus procedat d. s. per venerabilem, qui de legitimatione agit, quam inquirunt ea ratione favorabilem, quia per eam fit regressus ad jus naturale, secundum quod omnes homines legitimi nascebantur. Auth. quibus modis naturales efficiantur sui, §. illud, notat gloss. verb. alpha, in cap. ab exordio, 35. distinct. recepta, vel per Mantuam dial. 82. At verò in prioribus, scilicet odiosis, procedat communis sententia negatia, & Jura pro ea adducta. Ita Abb. in cap. ad aures, n. 8. de rescript. Dec. in c. & si clerici, §. de adulteriis, à n. 91. de judic. Sanch. d. disp. 1. num. 31. quorum sententiam videtur sequi Suar. d. legib. lib. 8. cap. 27. à num. 2. Sed contra hanc distinctionem multis insurgit Felin. dict. num. 9. vers. limita secundò, tum quia omnis dispensatio, eo ipso, quod à Iure communi recedit, odiosa censi debet, & exorbitans, ac proinde restringenda, l. singulare, ff. de rer. jur. Reg. qua à Iure communi, de reg. juris lib. 6. Alii igitur distinguunt inter legitimationem, quam fatentur odiosam, & restringendam, sicut dispensationem, & inter potestatem legitimandi, de qua intelligunt dict. c. per venerabilem, quam inquirunt esse favorabilem, & extendendam juxta cap. ult. de simonia. Ita Covar. de sponsa. lib. 2. p. cap. 8. §. 8. num. 6. & alii, de quibus Sanchez d. lib. 8. disp. 2. num. 1. Sed non satisfaciunt, quia text. in d. cap. per venerabilem, non solum de potestate agit legitimandi, sed etiam de ipsa legitimatione facta, ut patet ibi, cum in spiritualibus dispensetur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum, & deinde quia, ut benè Alciat. lib. 1. parad. c. 26. frustra distinguitur inter potestatem legitimandi, & ipsam legitimationem: utrum etiam potestas illa favorabilis sit, vel odiosa, non aliunde expendi potest, quam ex fine, seu effectu, propter quem conceditur, vel in quem dirigitur. Quare rejectis his & aliis, facilis, & verus sensus est, argumentum illud de majori ad minus, de quo



quo in d. cap. per venerabilem non esse Pontificis, sed patris petenti etiam temporalem legitimationem, quam Pontifex denegavit.

Deveniendū ad quæstionem nostram dicendum est liberum non esse Episcopis dispensare in his, quæ per Canones & jus commune statuta, aut prohibita sunt repugnantes reg. cap. cum inferior, de major. & obed. quomodo enim Episcopi, quippe qui licet Prælati, subditi tamen, & inferiores respectu Romanorum Pont. & Conciliorum universalium & illorum Canones sive decreta, suprema auctoritate, & maturo iudicio in lucem edita, & præsertim ad corpora Iuris redacta, poterunt relaxare? nullatenus certe, nullaque ratione credibile est Episcopis sive similibus Prælati competere talem dispensandi potestatem, ut ratiocinatur Anguian. de legibus lib. 2. contr. 3. num. 1. Quæ in re Doctores aliquas exquisierunt resolutiones: quidam enim existimaverunt Episcopum in his, quæ sunt de genere permissorum, posse ex rei natura, & ex ipso Iure divino intra propriam diocesim ea omnia, quæ Summus Pontifex potest in Ecclesia universali super omnem Orbem Christianum, nisi per Sacros Canones, aut per Summum Pontificem prohibeatur: ut videtur probare text. in cap. nuper 29. junctâ glōf. verb. non retinuit. de sententia excommunic. ex quo regulam tradunt scribentes omnes, quod quoties conditor Canonis censuræ absolute non reservavit, potestatem absolvendi & Episcopis videtur concessisse, secundum Navar. in man. c. 27. num. 39. Anguian. d. lib. 2. contr. 3. num. 21. plenè Gutier. can. lib. 1. c. 5. à princ. Suar. tom. 5. disp. 6. sect. 4. Sayr. de cens. lib. 2. c. 19. à num. 2. Hinc. glōf. in cap. in quibusdam, de Pœnit. verb. dispensatum, explicans verba textus in fine, ibi, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, inquit quod potestas dispensandi intelligitur concessa Episcopo, si illam Papa sibi expressè non reservavit, idem confirmat glōf. verb. dispensatum in cap. postulatis de cler. excom. & in cap. clericus, verb. moniti, eod. tit. & in c. excommunicatus, §. credentes. verb. Apostolica, de heret. facit glōf. verb. interdicta, cap. cum illorum 32. de sent. excommunic. glōf. penult. vers. de dispensatione, in cap. requiritis, l. 9. 7. intendit text. in cap. ad honorem, de auctoritate, & usu pallii, ibi, in plenitudine, & ibi, in partem, juncto c. 1. de officio Ordinarii, ibi, in suis diocesis liberam, & ibi, secundum quod Canones censent. & ex doctrina Archid. in cap. licet Canon. de elect. in 6. quam probant Abb. & alii in cap. & si clerici, §. de adulteriis, de iud. cum multis relatis per Cott. in memorab. verb. Episcopus, & tanquam indubitatum tradunt Victoria de matrim. part. 1. num. 7. Pelag. de planct. Eccles. lib. 1. c. 10. vers. in his, ubi testatur Communem; post Sor. Abulen. & alios sequitur Henric. in sum. lib. 10. de Sacram. Ordin. cap. 35. n. 2. litt. D. & de Matr. lib. 12. cap. 3. num. 2. in com. lit. N. Cevall. quæst. 227. & post multos Sanch. de Matrim. l. 1. disp. 61. num. 3. Suar. tom. 4. de pœnit. p. 2. disput. 25. sect. 1. num. 14. & de legib. lib. 9. cap. 14. sub num. 3. & tom. 2. de Relig. de voto l. 6. cap. 21. Lessi. de iustit. l. 2. cap. 40. dub. 13. num. 103. Cast. Palao in opere morali tract. 3. disp. 6. punct. 4. Trullench. in exposit. Bullæ Cruciatæ l. 1. §. 7. cap. 3. dub. 6. num. 3. & dub. 15. n. 1. Et Ludov. Miranda in man. Pral. tom. 2. q. 30. a. 10. concl. 2.

Verum alii aliter sentiunt, & longè veriore attestantur esse sententiam, quæ docet Episcopos in lege Canonica posse dispensare, quando eis expressè, vel tacitè conceditur dispensandi facultas: ita resolvunt glōf. verb. suspensos in cap. cupientes, de elect. in 6. Card. in cap. dilectis, in princ. de temp. ordin. Abb. d. §. de adulteriis n. 6. ubi Dec num. 6. Anton. p. 1. tit. 17. cap. un. §. 20. Suar. comm. opin. verb. Episcopus, n. 134. Selv. de benef. p. 4. quæst. 7. Rebuff. in praxi tit. de dispens. ad

plura num. 27. Mandos regul. 13. Cancell. quæst. 6. n. 6. Alvar. Pelag. Lusit. noster, de planctu Eccles. lib. 1. cap. 50. col. 2. vers. in ipsis, ubi laudat tenentes hanc partem, licet contrariam communiorē appellet, latè Anguian. citato loco, Cardos. in praxi. Iudicum verb. dispensatio n. 14. me citato in hoc loco, Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 7. num. 1. cum seqq. Borgas. de irreg. 3. par. tit. de dispensatione Episcoporum n. 10. Ugolin. de potestate Episcop. c. 57. §. 1. Mar. Alter. de censu tom. 2. disput. 8. c. 3. vers. sed controversia. Ex quibus constat hanc esse hodie magis communem & receptam sententiam, licet olim contraria magis communis fuerit; pro qua sententia ultra regulam d. c. cum inferior de majorit. & obed. & Clem. ne Romani, de elect. cum similibus, quibus habent & inferior. 19 res non posse tollere jus Superioris; maximè pro hac parte facit text. in d. cap. dilecti, ibi, dispensatio à Canone minimè sit permissa, quæ verba satis evincunt Episcopum, vel Archiepiscopum tantummodò dispensare posse in casibus in quibus dispensatio à Canone permittitur eisdem, & ita conceditur expressè, vel tacitè: aliter enim si secundum contrariam sententiam Episcopi, & similes possint dispensare in casibus in quibus prohibiti non reperiuntur, textus ille non bene argueret, quia quamvis Episcopo non permittatur, aut non concedatur à canone dispensatio in eo casu, adhuc ille posset dispensare, nisi speciatim prohibetur, & consequenter ad conveniendum Episcopum, & improbandum dispensationem, de qua textus ille agit, debuit Pontifex dicere, quod dispensatio in eo casu à canone non est prohibita, quod tamen non dicit, sed è converso, nempe quod dispensatio à Canone non est permissa.

Non obstat text. in dict. cap. nuper, vers. in secundo 20 ibi, ex quo conditor Canonis, &c. quod est præcipuum contrariæ sententiæ fundamentum; quia ultra illa, quæ ad illius intellectum tradunt post alios Covarr. in cap. Alma mater part. 1. §. 12. n. 5. & 6. & Duen. reg. 252. responderet text. illum procedere in absolute ab excommunicatione, quæ à dispensatione, de qua agimus, differt, & facilius concedi solet, ne excommunicatus in excommunicatione decedat, & datur periculum animæ, argum. cap. cum illorum 32. vers. primò si fuerint, ubi glōf. verb. ignorat, de sentent. excommunic. quod in dispensationibus non contingit, ut tradit glōf. dict. verb. suspensos, & post Borgas. notat Gutier. canon. lib. 1. c. 3. n. 4. & 5. latè & eleganter Anguian. d. lib. 2. contr. 3. num. 18. & 19. intendit Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. ibi, dispensare, & ibi, absolvere.

Absolvere tamen legem dispensandi facultatem 21 facere Episcopis aliquando expressè, prout in specie cap. sanè clericis conjugat. & cap. penultim in fine, de elect. & cap. cum ex eo 34. de election. in 6. & cap. 1. in princip. de filiis Presbyter. eodem lib. 1. & c. 1. de atate, & qualitat. eodem lib. cum aliis, de quibus per glōf. 1. & 3. in cap. si clerici, §. de adulteriis de iudiciis. Aliquando verò eandem potestatem concedit tacitè, seu virtualiter, veluti & quando lex impersonaliter dispensandi facultatem facit, scilicet, possit dispensare, non adiciendo per Sedem Apostolicam, vel Romanum Pontificem, prout in specie cap. 2. de eo qui cognovit, & cap. postulasti, 7. ubi glōf. 3. & Doctores de clerico excommunicato, & cap. penult. junctâ glōf. ultim. de pœnis, cum aliis Cardos. d. verb. dispensatio num. 15. tunc enim, quia frustra dispensatio conceditur Summo Pontifici, qui de Iure potestatem dispensandi habet, c. proposui. de concess. præbend. censetur illa facultas data Prælati inferioribus, & in hoc casu potest etiam intelligi dictum cap. nuper, vers. in secundo, ibi, non retinuit, & ibi, eo ipso. Ita docet glōf. ultim. in dict. cap.



cap. pen. de pœnis, ubi cum text. dicat certos hæredes non posse assequi prælationis honorem, & subdat hæc verba, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, ait, Ex quo textus non determinat à quo, posse Episcopum: sequuntur Abb. *ibi num. 5.* Cardin. & Henric. in fine, docet etiam gloss. *verb. dispensatum, in cap. postulasti, de cler. excomm. minist.* ubi text. decidit  
 23 *† excommunicatos non posse retinere beneficia, subdens, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, ait, Cum non dicat à quo, posse Episcopum, sequitur ibi Abb. num. 8. resolvunt Henric. lib. 14. de excomm. cap. 19. num. 2. & multi citati à Sanchez dict. lib. 8. disput. 5. num. 1. novissimè D Felician. de Vega in relect. cap. & si clerici, § de adulteriis, num. 42. de Iudic. Quæ quidem dispensatio si ab Episcopo, vel alio inferiori à Principe potestatem dispensandi habente concedatur sine causa justa, non tenet in utroque foro, ut resolvunt Covar. de sponsalib. part. 2. c. 6. §. 9. num. 11. Gutier. canon. lib. 1. c. 19. num. 5. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 17. n. 4. Anguian. dict. lib. 2. controvers. 3. num. 14.*

Vnde extra omnem dubitationem sunt illi duo casus, veluti quando per Canones, aut statuta Principum speciatim Episcopis, aut similibus Prælatibus facta fuerit dispensandi potestas, ut in exemplis quorum meminit gloss. 1. & 3. in cap. & si clerici, § de adulteriis, de iudic. & sæpissimè Tridentina Synodus nonnulla prohibens & concedens Episcopis relaxandi & dispensandi facultatem, si illis visum fuerit & è contrario quando specificè & expressè per Canones, & lura scripta fuerit denegata dispensandi facultas Episcopis, sive aliis quibuscumque Prælatibus inferioribus, ut in exemplis de quibus in cap. de multa, in fin. de præbend. & in cap. penult. de filiis Presbyter. & in cap. pen. de simon. & in c. 1. vers. sciturus, de re iudic. lib. 6. quibus in locis dispensatio sic opportunè faciendæ Pontificibus Max seu Apostolicæ Sedi reservata fuit, & per consequens sublata Episcopis, & aliis Prælatibus inferioribus, illisque denegata omnino. His ita constitutis.

Primò infertur, quæ suprà diximus circa prohibitam Episcopis dispensandi facultatem in his, quæ per Canones statuta, aut prohibita sunt, non esse extendenda ad Canones pœnitentiales, & pœnitentiam, quæ per illos frequenter imponitur, vel imponi solet; in his enim certissimum est, & citra omnem disputationem, non solum Episcopos, sed & alios inferiores Confessarios dispensare posse; illorum enim arbitrio relinqui consueverunt tales pœnitentiæ, Henric. in sum. lib. 5. cap. ult. n. 9. Menoch. de arbitr. casu 391. Anguian. d. lib. 2. controv. 3. num. 10 ubi n. 11. tractat, an hodie de medio sublatis sint dicti Canones pœnitentiales?

Secundò infertur benigna quadam consideratione, & per quandam episcopiam tacitè, & virtualiter factam fuisse Episcopis potestatem dispensandi contra Canones, & illorum statuta, etiam si expressè non concedatur, quando materia, & negotium, de quo agitur, esset leve, & parvi ponderis, ac momenti, & quando si expectandus esset Principis consensus, magnum timeri posset scandalum, vel animarum periculum, urgente se se offerret necessitas, aut summè difficile esset ipsummet Principem adire, ut in puncto resolvunt Navar. in man. c. 1. n. 85. Henric. in sum. lib. 10. c. 35. n. 3. & lib. 12. c. 3. n. 1. & 2. Anguian. d. lib. 2. controv. 3. n. 16.

24 Tertiò infertur, supradictam principalem resolutionem, de qua n. 16. princip. declarandam quoque esse, ut tantum procedat, & intelligatur de Canone Pontificio; nam si Concilii generalis sit, quantumvis absolute permittat dispensationem, non poterit Episcopus dispensare; tunc enim negata hac facultate

Episcopo, adhuc ea verba aliquid operantur, & duos habebunt effectus. Prior est, ut ad illi Concilii decreto derogandum non desideretur specialis eius mentio. Posterior, ut Pontifex ad dispensandum in eo facilius reddatur, ut cum aliis advertit Sanch. d. lib. 8. disp. 6. num. 6. nam decreta Concilii expressa egere derogatione, ac proinde non sufficere clausulam derogatoriam generalem, resolvunt Cotta in memorabil. verb. clausula non obstante, Rebuff. in auth. habita, verb. examinatione, pag. 550. cum seq. C. ne filius pro patre, & in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natalium, num. 24. Gutier. præct. lib. 3. quæst. 17. num. 231. Aloys. Ricc. in collect. d. part. 4. collect. 849. & collect. 1367. propè finem, & in praxi fori Eccles. decis. 556. in 1. edit. & resol. 478. n. 4. in 2. edit. Henric. lib. 13. c. 57. §. 1. Zerola in praxi Episc. part. 2. verb. absolutio, vers. dico quinto, pag. 5. Flores de Mena var. lib. 1. quæst. 10. num. 50. Gratian. discept. forens. cap. 397. à n. 135. Verall. decis. 176. part. 1. Fr. Emman. quæst. reg. tom. 1. q. 8. art. 10. & tom. 3. q. 36. art. 2. & quæst. 39. art. 4. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 14. col. 574. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 5. n. 2. Bonacina de censur. disput. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 4. in fin. Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 58. n. 6. Nicol. Garc. de benefic. part. 4. c. 5. num. 30. Campanil. in diversorio juris Canonici, rubric. 11. cap. ult. n. 27. & rubr. 12. c. 13. n. 154. vers. in causa. Hieron. Fernandez de Otero in reper. c. 1. de iudic. à n. 10. me citato in hoc loco Alzed. d. part. 2. c. 7. n. 5. Rota in Valentin. decimarum, 8. Febr. 1588. coram Orano, & in Conchen. exemptionis decimarum, 13. Martii 1585. coram eod. & in eadem 6. Decemb. 1601. coram Penia, refert Anton. Ricciol. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 5. cap. 14. n. 16. & lib. 8. cap. 4. num. 6.

Pro derogatione tamen Decretorum sacri Concilii Trident. sufficere clausulam generalem, Non obstantibus Constit. Apost. & aliis similibus, per cap. 21. sess. 25. de reformat. censuit Rot. in causa S. Angeli pensionis, 16. Decemb. 1594. coram Illustrissimo Card. Pamphilo sen. & in Bononiensi Prioratus, 9. Junii 1606. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo. & observant Stephan. discept. forens. tom. 5. c. 490. & 963. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 6. n. 120. Mart. de claus. p. 4. claus. 13. num. 3. Marecot. var. resol. lib. 2. cap. 38. n. 41. Monet. de commut. ultim. volunt. c. 11. n. 250. Maslobr. in praxi habendi concursus, requis. 17. dub. 4. n. 8. Bonac. de clausura Relig. disput. 2. q. 5. puncto 2. n. 4. vers. ratio, Sigism. à Bononia de elect. dub. 5. Anton. Riccius citatis locis.

Et idèd Episcopum Conciliarem Constitutionem tollere, aut in ea dispensare minimè posse, resolvunt Rebuff. in tract. nomin. quæst. 5. num. 30. Gutier. de iurament. confirmat. part. 1. c. 51. num. 24. & canon. lib. 1. cap. 5. num. 10. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 8. num. 44. Henric. dict. lib. 13. cap. 57. §. 1. litter. C. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 145. Stephan. Gratian. dict. cap. 397. num. 33. Gutier. canon. lib. 1. cap. 5. num. 10. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 3. cap. 27. num. 202. in princip.

Ex magna tamen causa necessitatis poterit Episcopus dispensare, & præcipuè quando Concilium vel permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam. Vide Tiraq. de pœnis tempe. in præf. n. 31. Lambertin. de iure patro. part. 1. lib. 2. art. 19. q. 7. princ. num. 2. Cott. in memorabil. verb. Episcopus, Brunor. à Sole in locis commun. verb. dispensatio 1. Reb. ff. in praxi, tit. de dispensat. ad plura beneficia, num. 30. Spin. in speculo testam. gloss. 15. princ. à n. 8. Humada in gloss. 12. in fine, vers. limitatur, tit. 5. part. 1. optimè Mich. Grass. commun. opinion. tom. 1. lib. 1. tit. 2. num. 67. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 40. à n. 2. Ceped. præct.



& canon. quast. lib. 1. q. 30. à n. 30. Alzed. d. part. 2. c. 7. n. 6. Cardof. d. verb. dispensatio, n. 17. etiam si dubitetur an sit causa magnæ necessitatis, vel an ea dispensandi causa iusta fuerit, ad resoluta per Dianam d. p. 4. tract. 3. resol. 44.

Quæres non abs re, quando dicatur Constitutio Conciliaris, quando autem Pontificia, ubi ab utroque dimanat? De qua re latè Sanchez d. lib. 8. disp. 5. num. 6. cum seqq., ex quo pro faciliori, & breviori explicatione sequentes regulas collegi. Prima est, si materia trahat originem à Concilio, dicitur Constitutio Concilii, ut si Concilium rem illam definiendam proponat: si verò originem trahat à Pontifice, dicitur Pontificia, cum enim Constitutio ab utroque dimanet, ad discernendum utri potius attribuat, iure optimo origo spectanda est. Secunda regula, quando in subscriptione decreti dicitur, *ex tali Concilio*, vel *in tali Concilio*, signum est id à Concilio traxisse originem, ac proinde censerì Concilii. Tertia regula, quando Pontifex attribuit Constitutionem ipsi Concilio, ut in cap. fin. 2. quast. 1. ibi, *decernente nobiscum Sancta Synodo*, & in c. nimis, de iurejur. ibi, *Sacri auctoritate Concilii prohibemus*. Ita Dec. in cap. 1. in nova edit. in 1. lect. à n. 1. de iudic. ubi Alciat. n. 1. & alii, quos refert, & sequitur Sanchez d. disp. 5. n. 6. 7. 8. & 9. & ibi num. 1. resolvit censerì Conciliarem Constitutionem, ubi Summus Pontifex sic diceret, *definimus hoc cum consensu Concilii*. Quare Constitutiones, quæ ex Conciliis desumuntur, quandoque sub nomine Romani Pontificis, quandoque sub nomine ipsius Concilii eduntur. Vide Anast. Germon, *animadvers. lib. 3. cap. 1.*

ALLEGATIO XXXIV.

Episcopus an validè in suis Constitutionibus absque causa dispensare possit?

SUMMARIUM.

- 1 Inferiores in lege Superioris dispensantes absque iusta causa, nulliter faciunt.
- 2 Dispensatio Episcoporum, vel aliorum inferiorum in propriis Constitutionibus facta sine causa, valida est.
- 3 Episcopus, vel Archiepiscopus in sua diocesana Synodi Constitutionibus validè dispensat.
- 4 Episcopi quamvis validè dispensent in prædictis Constitutionibus sine causa, peccabunt mortaliter: si verò non detur scandalum, aut notabile aliorum damnum, peccabunt venialiter.
- 5 Episcopus non potest dispensare in suis Constitutionibus à se juramento firmatis.
- 6 Nec quoque si constitutio transierit in contractum commodum alterius.
- 7 Nec etiam si prædictæ Constitutiones sint auctoritate Pontificia confirmata.
- 8 Archiepiscopus invalidè dispensat sine causa in decretis Synodi Provincialis.
- 9 Concilium Provinciale major est Archiepiscopo.



UPPOSITA potestate Episcopi in condendis Constitutionibus, ex latè adductis per Rot. in *Ulysponen. tabernariorum*, & *tendariorum*, 10. Martii 1614. coram D. Dunozeo, & 1. Iulii 1615. coram D. Vbaldo, impressa per Farin. decis. 757. per 2. recent. junctis traditis per Anguian. de legib. lib. 2. contr. 28. Suarez. in simili tract. lib. 4. à n. 2. Salas eod. Barbof. de Episcopo. Pars I I.

tract. disp. 8. sect. 5. n. 37. Bonac. eod. tract. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 21. cum seqq. Layman. in Theol. moral. l. 1. tr. 4. c. 7. §. 4. n. 9. dicendum est dupliciter considerari posse dispensandi potestatem in Episcopo. Primò circa legem Superioris, tunc non absolutè ea conceditur sed quoties Superior eam dispensationem sibi non reservavit, vel inferiori non prohibuit dispensandi potestatem: ita Bonac. d. legib. disp. 1. q. 2. puncto 1. n. 12. cum sequentib. Vel, ut alii melius existimant, expressè de Episcopo loquentes, non poterit dispensare nisi in casibus sibi concessis, ut per Gutier. Canon. lib. 1. c. 5. n. 10. Suar. de legib. lib. 6. c. 14. n. 4. Bonac. d. puncto 1. n. 17. sed id limitat multis modis in vers. primò, quando in lege Pontificia hoc exprimitur: & in vers. secundò, quando vir prudens interpretatur hanc esse Pontificis intentionem, ut Episcopus in aliquo casu dispense, vel quando res levis est, vel quando præcipiuntur ea, quæ sæpè eveniunt, & quæ frequenter indigent dispensatione, & quando gravis aliqua necessitas, vel utilitas subdito advenit, ita ut Sedes Apost. commodè adiri nequeat, ut præcedente alleg. ostendimus, vel denique quando dubitatur an res egeat dispensatione, de quo alleg. seq. num. 8. Secundò circa propriam legem, seu Constitutionem, & tunc Episcopum posse dispensare, etiam si Constitutio Synodalis sit, resolvunt Bonac. d. disp. 1. q. 2. puncto 1. n. 5. Suar. d. lib. 6. c. 15. n. 8. Sanchez d. Matrim. lib. 8. l. 8. disp. 17. n. 33. Salas de leg. disp. 20. sect. 4. n. 43. Sed dubitatur an semper requiratur iusta causa dispensandi ad validitatem dispensationis? Resp. quod si versemur in primo membro, quando scilicet Episcopus dispensat in lege Superioris in casibus sibi permissis, certum est dispensationem hujusmodi sine iusta causa factam non solum non esse licitam, sed etiam neque validam, Bonac. d. q. 2. puncto 3. n. 12. nisi dubium sit circa iustitiam causæ, Diana moral. resol. p. 4. tract. 3. resol. 44.

Dispensatio verò Episcopi, vel aliorum inferiorum in propriis Constitutionibus facta sine causa, valida est. Primò, quia Episcopus in sua diocesi potest ea omnia, quæ potest Pontifex in toto Orbe, exceptis specialiter reservatis, ut dixi alleg. 1. num. 6. sed Pontifex in lege Ecclesiastica, & Princeps sæcularis in Civili sine causa validè dispensat, mutando rem propriam, & propriam voluntatem, à qua sola vim habebat lex, ut probat Sanchez dict. lib. 8. disput. 7. num. 24. ita etiam Episcopus potest dispensare sine causa in suis constitutionibus, cum ab ejus voluntate pendeat illas vim habere, atque adedò declarare possit eas omnino cassare, sua potestate ordinaria utens, nec in aliquo ius commune offendens. Ita Doctor. in cap. & si clerici, §. de adulteriis, de iudic. ubi Anton. n. 17. Abb. n. 10. Felin. 6. Aretin. 24. & Alexand. de Nævo num. 16. Bonac. in tractat. de Synodo Episcopi. part. 2. art. 4. num. 8. Gambar. de auctoritate Legati lib. 10. n. 442. & seq. Navar. in man. c. 25. n. 74. in fine, Sayr. de censur. lib. 6. c. 11. n. 11. plures quos refert, & sequitur Sanchez d. disp. 17. num. 27. quibus addo Salas de legib. disp. 20. sect. 4. n. 37. Suarez in simili tract. l. 6. c. 19. n. 6. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 2. dub. 41 n. 5. Pont. de Matrim. lib. 8. c. 14. n. 7. Dianam moral. resol. p. 1. tract. 10. resol. 32. Sic Episcopus poterit extra visitationem revocare statuta condita in visitatione per suum prædecessorem, ut post Bellef. & Novar. tenuit Rota coram D. Duran. decis. 292. n. 28. part. 2.

Et eadem ratione validam censo dispensationem Episcopi, aut Archiepiscopi in suæ diocesanae Synodi Constitutionibus, absque causa factam, quia etiam hoc casu, sicut in supradicto, dicitur dispensare in re propria, mutando propriam voluntatem, cum solus ille in Synodo diocesana suffragium ha-



beat decisivum, ceteri autem, qui communiter sunt Parochi, & clerici, qui nulla statuendi facultate gaudent, assistent illi, ut consilium præbeant. Ita nuncupatim de Constitutionibus Synodalibus resolvunt Navar. d. c. 25. n. 7. Bott. d. art. 4. n. 9. Salas d. disp. 20. sect. 4. n. 42. Bonac. d. q. 2. puncto 3. num. 1. Sanchez d. disput. 17. num. 33. ad quod facit huiusmodi Constitutiones non ligate successores constituentes; immò nec ipsum constituentem, quin possit aliter constituere, quàm ab initio fuerat, Abb. consil. 25. num. 5. lib. 2. Rota decis. 240. num. 1. p. 2. recentior. non enim Episcopus ligatur suis Constitutionibus, Seraphin. de privil. juram. privil. 146. n. 2. Ugolin. de offic. Episcopi num. 2. c. 47. §. 1. n. 3. Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 5. n. 25. vers. neque. Et denique potest Episcopus contra Constitutiones suas, ac Synodalia, & alia ipsius decreta dispensare, quia potestas dispensandi commensuratur à potestate statuendi, & pœnam imponendi, & in omnibus casibus, in quibus quis potest statuere, & punire, potest dispensare. Ita Franc Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 8. n. 58. Azor. instit. moral. p. 1. c. 15. q. 3. Suarez de legib. lib. 6. c. 15. n. 8. Salas eod. tract. disp. 10. sect. 4. num. 43. me citato in hoc loco, Alzed. de præcellent. Episc. dign. p. 1. c. 1. n. 45. Bonac. de legib. disp. 1. quæst. 2. puncto 1. num. 5. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 5. num. 1. ubi n. 4. resolvit Episcopum in legibus dispensandis non pendere à Capitulo.

4 Peccabit tamen sic absque justa causa dispensando, cum faciat contra Jus commune, imò & divinum naturale, dictans, neminem à lege generali esse absque justa causa eximendum, cap. cum omnes, de constit. & tenent Navar. d. pralud. 9. n. 15. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 15. quæst. 3. in fine, Sanchez d. num. 27. Salas d. sect. 4. n. 60. Bonacina d. q. 2. puncto 3. num. 1. vers. addo. At non dato scandalo, nec notabili aliorum damno, aut legis gravitate, credo culpam esse venialem, prout explicant Navar. d. pralud. 9. num. 14. & c. 25. num. 5. Fr. Emman. in sum. tam. 1. c. 237. n. 1. Valentia 1. 2. disp. 7. p. 5. puncto 9. ad finem, lib. 5. Azor. instit. moral. p. 1. 5. quæst. 2. Salas d. disp. 10. sect. 5. n. 50. 58. & 59. Bonac. de puncto 3. n. 1. vers. dixi. Sanchez d. lib. 8. disp. 18. n. 3. & 7. Vide Dianam d. tract. 10. ref. 32. in fine.

5 Primò, limitatur hæc nostra Principalis resolutio, nisi Episcopus eas constitutiones jurejurando firmaverit: cum enim nequeat secum in juramento dispensare, nequibit in eis Constitutionibus juramento firmatis dispensare. Ita Sayr. de censur. lib. 6. c. 11. n. 11. Bottæ. de Synodo Episcopi, part. 2. art. 4. n. 13. Azor. d. lib. 5. c. 15. q. 7. vers. in presenti, Rota decis. 240. n. 1. in fin. d. p. 2. recentior. Alzed. d. p. 2. c. 1. n. 54. & 55. plures refert, licet non sequatur, Sanchez d. disp. 17. n. 31. & Bonac. d. puncto 3. n. 2. Basil. Pont. d. cap. 5. num. 5.

6 Secundo limitatur, nisi illa Episcopi Constitutio transferat in contractum in commodum alterius. Ita Gambar. d. lib. 10. num. 444. Sylvester verb. dispensatio, q. 13. n. 19. Pont. d. cap. 5. n. 7. Salas d. disp. 20. sect. 4. n. 42. limit. 1. & multi quos refert, & sequitur Sanchez dict. disp. 17. n. 29. ubi addit, & licet hæc limitatio sit vera, etiam posse Episcopum ex legitima causa supervenienti contravenire, Rota coram Duran. d. decis. 292. à n. 37. Bonacina d. puncto 3. n. 2. vers. hac ramen.

7 Tercio limitatur, nisi ex Constitutiones sint auctoritate Pontificia confirmatæ, quia ex ea confirmatione gaudent auctoritate Papæ, & reputantur ac illius leges, ac proinde se habet ad illas Episcopus, ac ad jus commune, quia nequit eam confirmationem ex parte tollere. Ita docent Bottæ. d. art. 4. num. 12. Sayr. d. num. 11. Azor. ubi proxime, Bonacina d. q. 2.

puncto 1. num. 16. Sanchez d. disp. 8. n. 11. & alii plures ab eis citati; quibus adde Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. c. 5. nu. 6. Salas disp. 20. sect. 3. differ. 11. Rot. in Montis Regalis jurisdictionis, 13. Februarii 1609. coram Illustrissimo Cardin. Cavalerio, apud Farinac. decis. 240. n. 3. p. 2. recent. ubi aliæ similes decisiones referuntur.

Quæret aliquis opportunè, an dispensatio Archiepiscopi in decretis Synodi Provincialis facta sine causa legitima valeat? In qua quæstione negativa pars verior est, quæ quidem ex multis suadetur, quæ adducunt Navar. consil. 7. de offic. Ordin. in antiq. & consil. 6. sub tit. de majorit. & obed. in novis. Sanchez d. disp. 17. num. 36. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 22. n. 4. & cap. 47. §. 3. num. 8. Bonacina d. q. 2. punct. 1. num. 14. & in primis, quia Concilium (loquimur de Provinciali; nam in generali respectu Summi Pontificis longè aliter resolvendum; quia ita ille est supra ipsum generale Concilium, ut ab eo Concil. ad ipsum Summum Pontificem possit appellari, iacobat. tract. de Concil. lib. 10. art. 2. num. 2. in fine, Scacc. de appellat. q. 8. n. 109) est superius singulis omnibus, qui constituunt illud, quorum unus est ipse Archiepiscopus, qui poterit ab ipso mulctari, & excommunicari, & probat Navar. d. loco n. 3. tum quia Concilium aded majus est Archiepiscopo, quod ab eo appelletur ad illud, tanquam ab inferiori ad Superiorem, ut tradunt gloss. final. in cap. à collatione, de appellat. lib. 6. Card. in Clem. 1. §. quod etiam interdictis, n. 1. notab. 1. de sentent. excommunic. ubi Ancharan. num. 5. notab. 1. Navar. d. loco, n. 4. ubi num. 5. respondens ad objectionem, quam in principio adduxerat, dicit quod Archiepiscopus est caput Concilii ad hunc effectum, quod ad eum pertinet vocatio & congregatio ejus, & ut debeat habere primam sedem, ut habet Decanus, & Canonicus senior in Capitulo Ecclesiæ Cathedralis; sed non quoad hoc, ut sit Superior ejus, vel major eo jam congregato; neque quod habeat eandem jurisdictionem, quam habet illud, imò est conjudex, & collega aliorum Episcoporum, quare irritam esse illam dispositionem sine causa factam ab Archiepiscopo in decretis Synodi provincialis, tenet Sanchez disp. 17. num. 36.

Intellige procedere eo casu, quo dispensatio sit servata, secus verò si talis non sit, quia tunc tam Archiepiscopo, quàm Episcopo censetur data facultas dispensandi pro sua diocesi, alioquin magnum onus, & incommodum subditis, & ipsis Archiepiscopis, & Episcopis imponeretur, si pro singulis dispensationibus obtinendis adeundus esset Summus Pontifex, vel expectanda esset alia Synodus Provincialis. Ita Suarez de legib. lib. 6. cap. 15. num. 7. Salas eodem tractat. disput. 20. sect. 4. num. 46. & disput. 8. sect. 9. num. 48. Bonacina dict. quæst. 2. puncto 1. num. 14. Sanchez dict. disp. 17. n. 35.

## ALLEGATIO XXXV.

Episcopus in impedimentis matrimonii quando possit dispensare.

## SUMMARIUM.

- 1 Summus Pontifex solus potest dispensare in impedimentis jure Pontificio dirimentibus matrimonium
- 2 Episcopus potest dispensare in impedimentis, quæ impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum.

3 Episcopus



- 3 Episcopus potest dispensare in impedimento dirimenti, quando illud fuerit occultum, & matrimonium publicum, neque conjuges possunt separari absque magno scandalo, nec ad Summum Pontificem, aut ejus Nuntium patet recursus.
- 4 Intellige quando Matrimonium contractum fuerit bona fide.
- 5 Episcopus in pradietis dirimentibus impedimentis potest dispensare, dum postulaverit urgentissima necessitas.
- 6 Confessarii quibus detegitur aliquod impedimentum in Confessione à volentibus statim Matrimonium contrahere, quid facere debeant, ostenditur.
- 7 Episcopus data hujusmodi urgentissima necessitate, poterit dispensare in impedimentis cognationis orta ex Baptismo tempore necessitatis non solemniter collato.
- 8 Episcopus potest ad petendum debitum dispensare cum conjugibus, cui debiti petitio est interdicta propter cognationem spirituales, vel affinitatem supervenientem post matrimonium.
- 9 Episcopus potest dispensare ad petendum debitum in cognatione spirituali orta inter ipsosmet conjuges.
- 10 Episcopus in pradietis casibus non potest dispensare, quando facile recurri potest ad Nuntium Apostolicum.
- 11 Episcopis conceditur potestas dispensandi in dictis impedimentis occultis pro solo conscientia foro.
- 12 Privilegium habentes dispensandi in casibus Episcopalis, etiam matrimonialibus, non possunt dispensare in pradietis.
- 13 Vicarius generalis Episcopi non potest dispensare in pradietis casibus, nisi ad hoc haberet ab Episcopo particularem commissionem.
- 14 Episcopus potest delegare facultatem dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, casu quo potest ipse dispensare.
- 15 Jurisdictio ex Principis privilegio competens non persona, sed perpetuo dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria.
- 16 Ordinarius iudex ille dicitur, qui jure officii, vel dignitatis jurisdictioni, seu juri dicendo praeest.
- 17 Cap. ult. de officio Ordinarii, & cap. ult. §. ceterum, de officio delegati, declarantur.
- 18 Episcopus si dubitetur an res egeat dispensatione, potest declarare illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare.
- 19 Opinio probabilis potest sequi in foro conscientia, relicta probabiliori.
- 20 Episcopus cum minoribus non habentibus requisitam aetatem ad matrimonium, potest dispensare, ut illud ineant, quando sunt prope aetatem, & dubium est an malitia eam suppleat.

**I**N impedimentis solo Iure Pontificio dirimentibus Matrimonium, solius est Pontificis dispensare; nam illa omnia sunt Iure communi inducta, in quo tantum in lege Superioris nō fuit Episcopus, qui inferior est, dispensare, cap. cum inferior, de majoritat. & obedient. Ita Covarruv. de sponsalibus, part. 2. cap. 6. in princ. num. 15. & §. 10. num. 1. Angel. verb. Matrimonium 3. impediment. 18. num. 3. Sylvest. verb. Matrimonium 6. in fine, Guttier. Canon. lib. 1. c. 5. num. 10. Navar. in manual. cap. 22. num. 85. vers. tertio dicendum, Hentiq. in sum. lib. 12. c. 3. §. 1. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 21. n. 201. alios citat Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 40. n. 1. lib. 8. disp. 6. a. n. 14. & referunt decusum Nicol. Garcia de benef. p. 11. c. 5. n. 344. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae, lib. 1. tit. 18. l. 7. n. 28. & l. 4. tit. 15. lib. 1. n. 98. & 99. Solus enim Papa dispensat in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, usque ad quartum inclusive, c. non debet, de consang. & affin. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 8. n. 36. Alzed. de praecllent. Episc. dignit. p. 2. c. 7. n. 15. Et etiam Papa solus dispensat in impedimento publicae honestatis, quod primum gradum non excedit, & oritur ex sponsalibus validè contractis, c. civitatis, c. ad audientiam, de sponsal. Alzed. c. 8. num. 16. Et denique solus Papa dispensat in cognationis impedimentis ex Baptismo quovis tempore collato ortae, Alzed. d. part. 2. c. 7. num. 8. in princ. † In aliis verò impedimentis, quae impediunt quidem Matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum, potest Episcopus dispensare; quia licet inferior non possit dispensare in lege Superioris, consuetudine tamen receptum est, ut dispensatio istorum impedimentorum non obtineatur à Papa, excepto voto Religionis, & castitatis. Ita post alios antiquiores Ugolin. de potestate Episcopi c. 60 §. 3. Bonac. de magno Matrimonii Sacramento, q. 3. puncto 15. n. 3. Hentiq. d. lib. 12. c. 2. vers. Secundò, Sanchez lib. 7. disp. 17 n. 15. novissimè Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. c. 13. Valer. Reginald. ubi supra, novissimè etiam me citato in hoc loco, Alzed. de praecllent. Episcop. dignit. part. 2. c. 7. n. 13.

Aliquibus tamen casibus poterit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus.

Primus erit quando impedimentum est occultum, & celebratum Matrimonium publicum, nec conjuges possunt separari absque magno scandalo, nec ad Summum Pontificem, nec ad ejus Nuntium patet recursus propter paupertatem, aut propter locorum distantiam, aut ob alia legitima impedimenta; quia non est credibile Summum Pontificem velle reservare sibi dispensationem in casu tantae necessitatis, & cum tanto periculo animarum; tum quia licet regulariter nequeat Episcopus in lege Pontificia, vel Concilii dispensare, poterit tamen in casu magnae necessitatis, ut supra alleg. 33. num. 26. ostendimus ex multorum sententia. Quare ita resolvunt Navar. d. vers. tertio dicendum, Valent. tom. 4. disp. 10. quaest. 5. puncto 4. Ft. Emman. in sum. tom. 1. c. 236. conclus. 2. Jacob. de Graffis consil. 26. num. 19. de sent. excomm. Cost. de remediis subsidiariis, remed. 35. n. 1. & seqq. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. 112. casu 54. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 261. in 1. edit. & resol. 228. in 2. edit. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 11. n. 3. Francisc. Leo in Thesauro fori Eccles. p. 2. c. 8. num. 43. Henriquez lib. 6. de poenit. c. 10. §. 1. & lib. 11. de Matrim. c. 3. §. 2. Spin. in speculo test. ment. gloss. 15. n. 86. Ugolin. d. c. 60. §. 1. Valer. Reginald. lib. 31. n. 206. Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 19. in princ. Guttier. de Matrim. c. 49. num. 6. cum sequentibus. & c. 123. num. 7. Bonacina d. puncto 15. n. 4. novissimè Francisc. de Araujo ex Ordine Praedicatorum in Salmantica Academia Primariae Cathedrae moderator, nunc Episcopus Segobien. in 1. 2. D. Thoma, quaest. 97. disp. 3. sect. 7. diffie. 2. in fine, vers. hoc titulo, ubi resolvit Episcopis licere Iure communi dispensare in impedimentis occultis matrimonio jam contracto supervenientibus, v. g. affinitatis ortae ex copula illicita, cognationis spiritualis, & similia, secus si antecedit matrimonium contrahendum; quia tunc eorum dispensatio soli Summo Pontifici est reservata.

Intellige in eventu de quo agimus, tacitam facultatem dispensandi in foro conscientiae Episcopo esse concessam, modò Matrimonium contractum fuerit bona fide; si verò mala fide contractum sit, praesumitur Summum Pontificem in eo casu reservasse sibi facultatem dispensandi, & nolle favere iniquitati contrahentium, juxta Tridentin. sess. 24. cap. 5. docentem separandos esse sine spe dispensationis

Kk a obtinenti



obtinendæ, & ita ex aliorum sententia resolvit Sanchez dict. disp. 11. num. 4. & lib. 8. disput. 6. num. 19. contra Henriquez dict. cap. 3. §. 2. in comment. lit. K, & litter. O, existimantem bonam fidem in contrahentibus non desiderari, ut Episcopus possit dispensare. Quare resolvit Alzed. dict. part. 2. cap. 7. num. 10. quod maritus consanguineam uxoris antea cognoverat, & ignorabat uxoris consanguineam fuisse, de quo certioratur matrimonio contracto: tunc dispensabit Episcopus, si denunciations in matrimonio requisitæ per fraudem omisæ non sunt, novissimè Alphons. Moscol. in summa, tractat. 10. cap. 19. num. 22. ibi: *Quando el matrimonio invalido es celebrado con esta mala fé, la comun tiene, que en ninguna manera puede el Obispo dispensar, aunque aya grandes escandalos, y dificultades de acudir por dispensacion à su Santidad, y aya peligro de incontinencia y fornicacion. Mas la esperiencia que oy tengo de ver almas affligidas, vendose en peligro de perdicion y quasi impossibilidad de hallar remedio, si lo Obispo no las remedia, me mueve à tener por muy probable la opinion contraria, y decir, que aunque aya auido mala fé en ambos casados, puede el Obispo dispensar, concurrindo las causas dichas de ser el matrimonio publico, y el impedimento secreto que no se puede publicar y grande escandalo en apartarse, y dificultad notable en acudir à su Santidad, &c.* Unde communis sententia videretur tenere, tunc Episcopum posse dispensare in impedimentis dirimentibus, quando matrimoniū est bona fide saltem unius contractum, & publicè; ac impedimentum est occultum, & separatio conjugum nequit fieri absque magnæ famæ jactura, aut scandalo, aut alio magno inconvenienti, & nequit ad Pontificem iri, neque ad alium habentem privilegium dispensandi, aut si adiri potest, dispensatio tamen differri nequit absque probabili periculo peccandi. Ita Ochagav. de Sacrament. tract. 5. de Matrim. quest. 2. num. 7. Salas de legib. disp. 20. sect. 3. num. 25. Pont. de Matrim. lib. 8. c. 13. n. 4. Hurtad. eod. tract. disp. 26. diff. 2. n. 6. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 14. diff. 15. n. 4. Præpos. in 3. p. q. 8. de dispens. Matrim. dub. 2. num. 12.

Secundus casus est, quando scilicet postulaverit urgentissima necessitas, quia tunc poterit Episcopus per se, vel per alium delegatum, non solum post contractum matrimonium, verum etiam ante, in impedimentis dirimentibus dispensare; præsumitur enim habere tacitam facultatem Summi Pontificis in utroque casu. Ita Henriquez dict. lib. 1. cap. 3. §. 2. D. Felician. de Vega in relect. cap. & si clerici, §. de adulteriis, de judic. num. 169. ubi extendit ad casum, quo nondum contractam erat matrimonium, & num. 164. resolvit Episcopum posse dispensare in impedimento dirimente matrimonium quando illud est occultum, licet matrimonium fuerit publicum, si est difficilis aditus ad Papam, & conjuges separari non possunt sine scandalo. Valer. Reginald. dict. lib. 3. n. 202. novissimè Alzedo d. part. 2. cap. 6. n. 9. vers. quarto, Villalob. in sum. tom. 1. tract. 14. diff. 25. n. 12. Bonac. de matrimon. quest. 3. puncto 15. n. 6. Pont. in simili tract. lib. 8. c. 3. n. 7. Molfel. in sum. tom. 1. tract. 4. cap. 12. num. 35. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 5. c. 5. quest. 32. me citato in hoc loco, Diana dict. part. 2. tract. 2. miscel. resol. vers. tota igitur difficultas, Sanch. d. lib. 2. disp. 40. n. 7. ubi etiam asserit posse Episcopum in foro conscientie dispensare cum illa, quæ manè accedit ad confitendum, & invenitur habere impedimentum dirimens, cujus manifestatio esset illi causa gravis infamie; sed jam parata sunt omnia ad nuptias eo mane, aut vesperè celebrandas, nec adest alia via evadendi infamiam, vel suspicionem gravis delicti in Con-

fessione manifestati, si tunc non celebrantur nuptiæ: refert me citato in hoc loco, Alzedo dict. part. 2. c. 7. num. 12. quamvis hoc non approbetur à Gutier. de Matrim. c. 49. num. 11. Quare videtur quod si securius possit Confessarius, cui in confessione detegitur aliquod impedimentum dirimens, si jam non possit abstinere à nuptiis, ad vitandam suspicionem alicujus criminis, vel infamie inter sponso, consuleret ut fœmina, vel sponsus voveat castitatem ad mensam, deinde dicat consanguineis, aut etiam aliis, se voto castitatis obstrictum esse, sibi que à Confessario mandatum esse, ut abstineat à matrimonio, donec obtineatur dispensatio à Sede Apostolica: caveat tamen ne dicat votum esse ad tempus, ne audientes asserant sufficere dispensationem Episcopi, sicque remedium eludatur.

Sic etiam, data urgentissima necessitate, poterit Episcopus dispensare in impedimento cognationis ortæ ex baptismo tempore necessitatis non solemniter collato, ut resolvit Sanchez dict. lib. 8. disput. 6. num. 17. reprobata opinione Sot. in 4. dist. 42. quest. 1. num. 1. immediate ante resolut. ad 1. princ. Quem sequuntur Ludovic. Lopez in instr. casuum conscient. part. 2. ubi de Matrim. c. 51. in fin. Emman. Sà verb. Matrim. ubi de impedim. dirim. num. 6. in fine, asserentes posse Episcopum dispensare hoc casu, dum facillimus non pateret ad Papam aditus; nam impedimentum hoc æquè est Jure Pontificio inductum, ac alia, & æquè dirimit Matrimonium: igitur si in aliis impedimentis nequit Episcopus dispensare, sive ante contractum Matrimonium, sive post, nisi postulaverit urgentissima necessitas, sic in hoc, cum in omnibus urgeat eadem prohibitio, debet esse eadem dispositio, me citato in hoc loco, Alzedo d. part. 2. cap. 7. n. 8. D. Felician. de Vega in d. §. de adulteriis, n. 166. cum seqq.

Tertius casus est, quando impedimenta superveniunt Matrimonio, & impediunt debiti petitionem, veluti in cognatione spirituali, vel affinitate, ratione cujus conjux, qui est effectus affinis, privatur jure petendi; nam tunc Episcopus poterit ad petendum debitum dispensare cum conjuge, cui debiti petitio est interdicta. Ita Emman. Sà verb. debitum, n. 13. Petr. de Ledesma de Matrim. q. 58. art. 4. dub. 2. vers. in hujus rei explanationem, Valent. part. 4. disput. 10. quest. 5. puncto 5. in fine, Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 243. n. 12. & in Bullam Cruciat. §. 13. num. 7. Vega in sum. tom. 2. c. 5. casu 1. in fine, Henriq. lib. 11. c. 15. num. 11. in fine, Bonacina dict. puncto 15. numer. 5. Quamvis contrarium, in d. Episcopum non posse dispensare in hoc casu, tenent Covar. de sponsalib. p. 2. cap. 7. §. 2. num. 6. ad finem, Matiens. ad rubr. tit. 1. gloss. 1. num. 103. Jacob. de Graff. in decis. aureis, part. 1. lib. 2. c. 83. num. 12. Quicquid etiam in nostro casu Episcopi dispensationem, data necessitate, eo quod non pateat facilis aditus ad Pontificem, sitque incontinentiæ periculum, admittant Guttier. Canon. lib. 1. c. 23. num. 17. Ugolin. dict. c. 60. §. 2. num. 2. & alii ab eis citati.

Hinc etiam poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum in cognatione spirituali orta inter ipsosmet conjuges, utpote quia filium proprium baptizarunt extra casum necessitatis, vel malitiosè facti sunt patrini proprii, cum baptizaretur, vel confirmaretur: & ratio est, quia cognatio hæc post Matrimonium interveniens non tollit Matrimonium, sed impedit ne debitum exigatur, ut dixit gloss. in cap. nosse desideras, 30. quest. 1. sed sic est, quod in impedimentis, quæ impediunt, potest Episcopus dispensare, ut supra dixi: ergo & in hoc cognationis spiritualis, cum tale sit. Ita Navar. in manual. c. 16. n. 34. vers. interrogatus autem, Fr. Emman. ad Bullam Crucia



Cruciat. §. 13. num. 17. Jacob. de Graff. d. c. 83. n. 13. Gallet. de cognat. spiritual. c. 19. n. 13. Mariens. d. glos. 1. n. 145. Ugolin. d. §. 2. n. 1. D. Anton. Verac. V. lent. Sylvest. Sa & alii, & Sanchez dict. lib. 8. disput. 12. num. 15. me citato in hoc loco, Alzed. dict. part. 2. c. 7. num. 21.

Quartus casus est quando periculum incontinentiæ esset, si expectaretur donec dispensatio veniret, & similiter si ex parte fœminæ, quæ cum viri consanguineo ante matrimonium contractum copulata est, petitur dispensatio; nam licet dives sit, timet famam, & fortè vitam amittere, si ad mariti notitiam impedimentum veniat; nam tunc dispensat Episcopus. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 40. num. 5. Alzed. d. part. 2. cap. 7. num. 11.

Quintus casus est, quando debiti petitio est prohibita ratione affinitatis contractæ cum altero conjugè, ob copulam habitam cum consanguinea uxoris, vel uxoris cum consanguineo viri, licet ad Nuncium pateat aditus; tunc enim Episcopus dispensat, ut post multos resolvit Alzed. d. part. 2. c. 7. num. 22.

Sextus casus est quando ad contrahendum dispensatio Pontificia subreptitiè impetrata fuit super impedimentum dirimens; nam si delictum occultum est, & timetur quod si iterum dispensatio Pontificia impetretur, scandalum oriri posset, tunc ob vitandum scandalum dispensare poterit Episcopus, & confirmare dispensationem subreptitiè obtentam, & dispensare etiam cum illis, qui virtute talis dispensationis subreptitiæ impetratæ, bona fide interveniente, & etiã cum bona fide contraxerunt, si timetur quod si detegatur, scandalum considerabile oriri posset, tunc enim Episcopus debet dissimulare, & in illo matrimonio putativo, & invincibili ignorantia excusato vivere permittere, & tacitè dispensare, cap. quia circa, de consang. & affi. Emman. Sa verb. matrimonium, n. 22. & 23. Sanch. d. lib. 3. n. 12. refert, & sequitur Alzedo d. part. 2. cap. 7. n. 14.

Quæret aliquis an in prædictis casibus possit Episcopus dispensare, quando facilè recurri potest ad Nuntium Apostolicum, si potestatem Pontificis habeat ad dispensandum in simili casu, vel ad quemcunque alium simili facultate præditum? In qua quæst. pars affirmativa suadet ex eo, quia Jus soli Pontifici reservat dispensationem: cum ergo is consuli nequeat, poterit Episcopus tanquam Pastor ordinarius dispensare. Ita Henriq. lib. 6. de pœnit. c. 10. n. 11. in commento lit. D, & lib. 1. de Matrim. cap. 3. num. 1. in comm. lit. H. Verùm licet hæc opinio probabilis sit, contraria tamen est securior; nam Episcopus solùm potest in hoc casu dispensare ratione necessitatis urgentis, sed quando adest potens dispensare, ad quem confugi potest, necessitas cessat; ergo non poterit Episcopus. Quare hanc partem sustinent Navar. in man. c. 22. n. 85. Vega lib. 6. sum. casu 143. in fine, & alii, quos refert, & sequitur Sanch. dict. lib. 2. disp. 40. num. 8. me citato in hoc loco, Alzed. d. cap. 7. n. 18. ubi n. 19. idem dicit si ad Commissarium Cruciatæ recursus haberi potest, qui facultatem habet dispensandi in impedimentis dirimentibus occultis post contractum matrimonium, declarando ut per eum ibi num. 20.

Pro pleniori prædictorum declaratione observa primò, hanc potestatem Episcopi dispensandi in dictis impedimentis occultis esse pro solo conscientie foro, ut benè docet Henriquez lib. 11. cap. 3. §. 2. prope finem, quem refert, & sequitur Sanchez d. disp. 40. num. 10. ubi n. 21. resolvit dici impedimentum occultum, quando non publicè constat, nec facilè constare potest, periculumque non est, ut in foro externo detegatur.

Barbos. de Episc. Pars II.

Secundò observa habentem privilegium dispensandi in casibus Episcopalis etiam matrimonialibus minimè posse dispensare in casibus, qui non jure ordinario, sed ratione urgentis necessitatis competunt Episcopo, & hi dicuntur casus Episcopales, sed verè ad Pontificem pertinentes, qui ex quadam juris interpretatione Episcopo censentur permitti. Ita Fr. Emman. in Bullam Cruc. §. 9. n. 118. Henriq. lib. 6. de Pœnit. c. 14. §. 7. in com. lit. P, quos refert, & sequitur Sanchez d. disp. 40. n. 9.

Tertiò observa non posse generalem Episcopi Vicarium dispensare in prædictis casibus in quibus Episcopo conceditur dispensandi facultas, nisi ad illud haberet ab Episcopo particularem commissionem. Ita Fr. Emman. in d. c. 235. n. 5. Henriq. d. lib. 1. c. 3. §. 2. prope finem. Alzedo d. p. 2. c. 7. n. 37. Sanch. d. disp. 40. n. 12. Aloy. Ricc. d. resol. 228. n. 3. ubi etiam cum Navar. quod nec Prælati inferiores Episcopo poterunt dispensare.

Quartò observa, posse Episcopum delegare facultatem dispensandi in impedimentis Matrimonium dirimentibus, casu quo ipse potest dispensare. Ita gloss. licet generaliter loquatur, verb. casibus, in cap. ult. de officio Ordin. ubi Bald. num. un. Ioan. Andr. num. 3. Anton. num. 4. Abb. num. 3. & in propriis terminis resolvunt Sanchez d. disp. 40. à num. 14. Valer. Reginald. d. lib. 3. n. 207. me citato in hoc loco, Alzed. dict. parte 2. cap. 7. num. 36. † ex ea ratione, quia jurisdictio ex Principis privilegio competens, non personæ, sed perpetuè dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria, & potestatis ordinariæ jura habet, & sequitur Bart. in leg. ambitiosa, num. 34. ff. de decretis ab ordine fac. Covar. variar. lib. 3. cap. 20. num. 6. in princip. & num. 9. in fine. † Dicitur enim judex ordinarius ille, qui jura sui Officii, vel dignitatis, jurisdictioni, seu juri dicendo præest, prout tradunt Morla in emporio Jur. part. 1. titulo 2. in pralud. num. 88. Molina de justitia tom. 6. disp. 8. num. 2. & 3. D. Barbosa in l. cum Prator. §. 1. à n. 15. ff. de judic. ergo cum hæc sit potestas ordinaria poterit delegari, d. cap. ultim. de offic. Ord. † quod procedit in eo, qui habet potestatem ex officio suo, & non ex delegatione, & ideo potest eam delegare; text. verò in c. ult. §. caterum, de offic. deleg. habet locum in eo, qui ex delegatione, & commissione habet potestatem, quapropter illam nequit alteri delegare. Ita utrumque textum conciliant Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. delegatus, §. 9. Navar. consil. 15. in fine, sub tit. de sent. ex com. in 1. edit. & cons. 11. in fine, sub tit. de privil. in 2. edit. D. Barbosa in d. l. cum Prator. §. 1. n. 30.

Quintò observa, in dubio an res egeat dispensatione, posse Episcopum declarare illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare. Ita Emman. Sa verb. dispensatio, num. 1. Layman in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 22. num. 4. Castro Palao tom. 1. oper. moral. tract. 3. disputat. 6. p. 5. num. 10. Diana moral. resolut. part. 4. tract. 3. resolut. 46. Pro cujus dicti majori explicatione sciendum, quod dubium hoc dupliciter potest evenire, vel in jure, vel in facto; in jure quando hinc inde essent opiniones quorundam asserentium adesse impedimentum, aliorum verò negantium, tunc si opinio negans esset verè probabilis, quamvis affirmans esset probabilior, posset ille sequens opinionem probabilem inire id Matrimonium absque aliqua dispensatione; doctissimus enim Parens meus, quem nonagenarium senem in patria relictum, vènerandum Jurisconsultum oculis cernere nil amplius desidero, qui filios suos ex se feliciter abdicans, unum Ecclesiæ, me scilicet indignum Prefbyterum, duos alios insignes Theologos sacris Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis Carmelitæ;

K k ;



litan. Religionibus obtulit, aliumque utriusque Iuris studiosum, & in Conimbricensi Academia Atrium Magistrum mihi in hanc Curiam proficiscenti socium dedit: ille, inquam, quem non minus naturæ, quam doctrinæ meæ revereor auctorem, in comment. ad Ordinat. Regiam Lusit. lib. 3. tit. 64. §. 1. n. 10. post Arag. Ban. Sal. Valent. Suarez, Sanchez, & alios resolvit  
 19 † in foro conscientie sequi posse opinionem probabilem, relicta probabiliori, quibus addo Ioan. Sanchez *prætic. disp. 44. à num. 50.* Fr. Anton. Bravo *en su relación nueva y cierta, num. 1.* licet alii securius sentiant in conflictu opinionum veriores iudicibus esse amplectendam, ex quorum numero sunt Azor, *institut. moral. p. 1. lib. 2. c. 17. q. ult.* Gabr. Vasquez *1. 2. disp. 64. c. 2.* Tanner. *2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 6.* Vincent. Filliuc. *in qq. moralib. tom. 2. tr. 21. c. 4. n. 144.* Villalob. *sum. tom. 1. tract. 1. diff. 15. n. 6.* Becan. *in sum. tom. 2. tract. 1. c. 4. q. 9. n. 13.* Malder. *1. 2. q. 16. art. 5. disp. 68.* Carol. Scriban. *tom. 2. cap. 9.*

Quando verò dubium consistit in facto, dupliciter potest evenire, vel res omnino est dubia, vel pro una parte præsumptio præponderat: in primo casu non est opus dispensatione, quia in illo præsumptio est pro libertate ad contrahendum: in secundo verò casu ad cautelam requirenda est Episcopi dispensatio. Vide Bonac. *de legib. disput. 1. q. 2. punct. 1. nu. 18.* quia quando dubitatur an res egeat dispensatione, poterit Episcopus in lege superioris dispensare, Castro Palao *tom. 1. tract. 3. disp. 6. puncto 5. n. 10.* me citato *in hoc loco, Trullench. in exposit. Decal. lib. 2. c. 2. dub. 39. n. 4. in fine.*

20 Sextò observa, posse Episcopum cum minoribus non habentibus requisitam ætatem ad matrimonium dispensare, ut illud ineant, quando sunt prope ætatem, & dubium est an malitia eam suppleat. Ita Henriquez *d. lib. 11. cap. 13. §. 12.* ubi etiam refert dispensationem valere pro utroque foro: sequitur Sanchez *lib. 7. disput. 104. num. 12.* videtur sentire Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. n. 171. vers. notandum est secundo,* me citato *in hoc loco, Alzed d. p. 2. c. 7. n. 24.* & id probant ex text. *in cap. 1. de desponsat. impub.* quatenus prohibet ne aliqui ante ætatem Canonibus præscriptam conjungantur, nisi fortè aliqua urgentissima necessitate interveniente, utpote pro bono pacis, talis conjunctio toleretur, & in illo textu cum Summus Pontifex dispensationem sibi non reservasset, visus est tacite illam Episcopis concedere, juxta resoluta *allegat. 33. num. 17.*

- 7 Episcopus non consecratus dicitur verè Episcopus quoad omnia, quæ pertinent ad potestatem jurisdictionis.
- 8 Capitulum Sede vacante habet hujusmodi potestatem dispensandi in votis, & juramentis.
- 9 Capitulum Sede vacante potest ea omnia exercere, quæ pertinent jure communi ad Ordinariam Episcopi jurisdictionem, exceptis nonnullis speciètim jure prohibitis.
- 10 Potest etiam dispensare in iis, in quibus Episcopus ratione Episcopalis jurisdictionis valet dispensare, in delegata verò Episcopo jurisdictione non succedit.
- 11 Prælati inferiores habentes jurisdictionem Episcopalem, vel quasi, possunt in juramentis, & votis dispensare, & in illis casibus in quibus Episcopi dispensare valent.
- 12 Prælati Regulares, tam Generales, quàm Provinciales, & locales ab Ordinario exempti, possunt dispensare cum suis subditis in votis, & juramentis.
- 13 Prælati Religionum ex privilegio, & speciali jure possunt dispensare in votis volentium juramentum suum Ordinem.
- 14 Abbatissa in votis suarum Monialium dispensare non possunt.
- 15 Confessarii Regulares Ordinum Mendicantium ex privilegio speciali possunt dispensare in votis, & juramentis illorum omnium, quorum Confessiones audierint, non tamen reservatis Episcopo jure speciali.
- 16 Confessores etiam Parochi: seu quicumque alii Curam animarum habentes in suorum subditorum votis, seu juramentis, in utroque foro nequeunt dispensare.
- 17 Dispensandi potestas in votis, & juramentis conceditur supradictis respectu illorum, qui sunt verè, & propriè subditi ratione domicilii, non habitationis.
- 18 Scholaris non potest in voto dispensari ab Episcopo loco studii si in eo domicilium non habet.
- 19 Habitatio majoris partis anni in loco sufficit ad hoc, ut ibi possint recipi necessaria Sacramenta; domicilium verò requiritur, ut recipi valeant voluntaria.
- 20 Archiepiscopus non potest dispensare in votis, & juramentis subditorum sui Suffraganei.



PISCOPUS, omnesque Prælatos jurisdictionem quasi Episcopalem in foro externo ordinariam habentes, quoad sibi subditos habere potestatem juramenta præstita intuitu divini obsequii, & vota dispensandi, tenet Innoc. *in cap. ad aures, de his qua vi, & in cap. debitores, n. 2. de jurejurand. Felin. in cap. 1. n. 9. illo tit. D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 12. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 6. in princip. Sot. de justit. lib. 8. q. 1. art. 9. Caietan. 2. 2. q. 89. art. 9. Angel. verb. juram. 6. in princip. Sylvest. eodem verbo 5. q. 3. Selu. de jurejurando, part. 4. q. 2. Navar. manual. cap. 12. num. 64. vers. 2. Covar. in cap. quamvis. p. 1. §. 3. num. 5. vers. nonò. & num. 12. Suarez de religione tract. de juram. lib. 2. c. 40. n. 3. & tract. 6. de voto. lib. 6. c. 10. num. 3. Lessius de justit. lib. 2. c. 40. dub. 12. n. 99. cum seqq. & dubit. 13. à princip. & c. 42. dub. 12. num. 62. Monet. de commutat. ult. volunt. c. 4. n. 116. Molfes. in sum. Theolog. moralis tract. 12. c. 15. à n. 109. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 38. à n. 5. Ugolin. de potestate Episcopi cap. 38. §. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 330. Bonac. in decem præcepta disput. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 4. & 5. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. c. 8. num. 6.*

## ALLEGATIO XXXVI.

Episcopus in juramentis & votis quando dispensare possit?

### SUMMARIUM.

- 1 Episcopus habet potestatem suorum subditorum juramenta præstita intuitu divini obsequii, & vota dispensandi.
- 2 Causa justa, & rationabilis requiritur ad dispensandum in his votis, & ne fiat in tertii præjudicium.
- 3 Calicem alicui monasterio dare si quis juret, vel voveat, potest ex commutatione Episcopi dare alteri Monasterio, vel pio loco.
- 4 Cap. 1. de voto, declaratur.
- 5 Cap. si verò, vers. verum, & cap. verum 15. de jurejurand. declaratur.
- 6 Episcopi electi, & confirmati, quamvis nondum consecrati, possunt in prædictis juramentis dispensare.



num. 6. Filliuc. in quest. moral. tract. 26. cap. 9. num. 149. novissimè Boss. de triplici lubilai privi. sect. 2. casu 8. num. 16. & Trullench. in exposit. Decalogi, lib. 2. cap. 1. dub. 2. n. 3. Fr. Ludov. Miranda in manual. Pralatorum, tom. 2. q. 3. 2. art. 1. conclus. 1. 3. & 4. cum D. Thom. & Navar. † resolvit ad dispensandum in hujusmodi juramentis, & votis requiri justam, & rationabilem causam, & peccare dispensantem sine illa, & dispensatum non manere securum in conscientia: & art. 2. conclus. 1. asserit, quod quælibet causa reddens complementum alicujus voti malum, aut inutile, vel majoris boni impedivum, est justa causa, & rationalis ad dispensandum in ipso. Intellige dummodo non fiat in præjudicium tertii; nam si quis juret, aut voveat dare Calicem huic Monasterio, potest ex commutatione Episcopi dare alteri Monasterio, aut pio operi, quia hinc non est quæsitum jus Monasterio, sed Deo, & potest Dei Vicarius moderari restitutionem Deo debitam, non ita debitam homini. Ita Henric. in sum. lib. 7. c. 28. §. 4. in comm. lit. G. quem referunt Fr. Ludovic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 47. art. 4. concl. 1.

3. Probat hęc principalis resolutio, quia licet Episcopi non possint dispensare in illis casibus, in quibus specialiter ipsis denegatur dispensandi facultas, veluti quando jus prohibet, ne illi dispensent, vel quando dispensandi facultas Summo Pontifici, seu Sedi Apostolicæ reservatur, prout in cap. ult. de filiis Presbyter. & cap. quod translationem. ubi Gloss. vers. magistra, de officio legati, & in c. penult. de simonia, & in cap. de multa, in fine, de præbend. & in cap. penult. in princip. de elect. & in c. 2. vers. ad ordines, de filiis Presbyter. in 6. & in c. 1. vers. sciturus, de re judicata in 6. & in c. 1. in fine, de sentent. excomm. eodem lib. & in multis aliis per Bertachin. de Episcop. lib. 4. part. 2. n. 144. & per Pelag. de planct. Eccles. lib. 1. c. 50. vers. prohibetur. Nihilominus tamen è converso possunt dispensare in illis casibus, in quibus specialem à Jure habent facultatem dispensandi, prout in specie cap. sanè, de clericis conjug. d. c. penult. in fine, de elect. cap. cum ex eo 34. eod. tit. in 6. c. 1. in princip. de filiis Presbyter. eodem lib. c. 1. de arate. & qualis. eodem lib. Trid. sess. 24. de reformat. c. 6. cum aliis, de quibus per gloss. 1. & 3. in c. si clerici, §. de adulteriis, de judic. citati à Bertachin. d. part. 2. n. 107. cum seqq.

4. Constat autem potestatem dispensandi in votis, ac per consequens in juramentis intuitu divini obsequii factis ( quia habent eandem rationem, & idem fundamentum, ut per Suar. d. lib. 2. de juram. cap. 40. n. 3. & d. tract. 6. de voto, lib. 6. cap. 14. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 13. num. 1. ) fuisse auctoritate Ecclesiæ Episcopis communicatam, juxta text. in cap. 1. in fine, de voto, cujus textus argumentum non evitabit, qui dixerit illum agere de Summo Pontifice tantum, ut colligi videtur ex illis verbis, ab illius, qui præsidet pendet arbitrio: tum quia ille solus toti Ecclesiæ præest juxta cap. ad honorem, in fine, de auctor. & usu palii: tum etiam, quia scribens ibi Alexander III. ad quendam Episcopum, non dicit, tuo arbitrio, sed ejus qui præsidet: non, inquam, evitabit argumentum, qui hoc dixerit, quia si Pontifex de seipso loqueretur, potius diceret, à nostro pendet arbitrio: tum etiam quia in omni proprietate verborum Episcopus præesse dicitur in sua Diocesi, dict. cap. ad honorem, ibi, in partem sollicitudinis, præsertim quia quando in Jure sermo est de propria Pontificis jurisdictione, vel ponuntur verba, quæ majorem significant potestatem, d. cap. ad honorem, ibi, in plenitudinem, vel additur qui toti Ecclesiæ præest, & sic dicendum est in eo textu agi de Episcopis: quia verò generaliter erat intelligendus, & respectivè, scilicet de unoquoque Episcopo in sua Diocesi; idèd textus

usus est illo modo loquendi, quem intellectum præstant glossa, & omnes ibi. Nec etiam urgent asserentes illum textum non agere de dispensatione, sed de commutatione voti, prout existimant nonnulli citati à Suar. dict. lib. 6. cap. 10. num. 5. quia respondebitur verum quidem esse interrogationem factam fuisse Pontifici de commutatione, seu redemptione voti, & idèd de commutatione etiam respondit. Nihilominus tamen in fine ita concludit, significans juxta qualitatem negotii posse Episcopum dispensatione uti, vel purè, vel miscendo commutationem prout judicaverit expedire. Neque obstant text. in cap. si verò, §. verum. & in cap. verum 15. de jurejur. ubi videtur † dispensationem, seu absolutionem à juramento esse soli Papæ reservatam, ut existimat Specul. tit. de legato, §. nunc ostendendum, num. 25. quia respondetur solum in illis Iuribus narrari stylum Curie circa præstandam absolutionem à juramento, de quo ibi, ad effectum informandi inferiores Prælatos, & sic non negat, immò supponit, illos absolvere posse.

Primò amplia in Episcopis non solum consecratis, sed etiam electis & confirmatis; nam illi habent omnem administrationem Episcopatus, & omnia possunt, quæ pertinent ad potestatem jurisdictionis, de quibus gloss. penult. in cap. aqua, de consecrat. Ecclesia, probat text. in cap. nosti 9. & in c. transmissam 15. ubi Gloss. de elect. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 136. n. 1. & cum hujusmodi potestas dispensandi in juramentis, & votis non sit Ordinis, sed jurisdictionis, rectè in illis prædicti electi, & confirmati dispensare possunt, ut resolvit Less. de justit. lib. 2. c. 40. dub. 12. n. 100. vers. secundo, Sanch. d. lib. 4. c. 38. n. 7. ubi secus dicit si solum electi sint.

At Episcopum non consecratum verè, & propriè non dici Episcopum, probant text. in cap. eam te, ibi, ante promotionem tuam, & ibi, neque esset adhuc in Episcopum consecratus, de rescript. cap. tua, ibi, Episcopo, vel electo, de his que fiunt à Prælati, cap. tam literis 33. de testibus. Ex quibus ita observant Abb. n. 2. Felin. Dec. & omnes in d. c. eam te. gloss. 1. & communis in cap. 1. de religiosis domibus, Gloss. verb. Pontificum, in Clement. 2. de celebrat. Missar. gloss. 2. in Clement. 1. de pœnis, lal. in l. 2. num. 4. ff. de inofficioso testam. Gomez in reg. de trienniali, quest. 36. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 18. art. 2. Sed his non obstantibus potius dicendum etiam Episcopum non consecratum dici verum Episcopum quoad omnia, quæ pertinent ad potestatem jurisdictionis; cum nomen, Episcopus, videatur ex sui etymologia competere electis, & confirmatis, quibus à tempore confirmationis possessione legitima apprehensa totius Diocesis administratio, & cura incumbit, cap. cum in cunctis, §. cum verò, juncta Gloss. verb. Administrationem, de elect.

An autem Archiepiscopus ante receptum pallium possit in sua Diocesi hac dispensandi potestate uti? Affirmativè respondet Sanch. d. lib. 4. cap. 38. num. 9. ex ea ratione, quia tantum interdicitur ante receptum pallium cogere Concilium, & exercere quæ sunt Ordinis Episcopalis, cap. quod sicut, §. super eo, de elect.

Secundò amplia, hujusmodi potestatem dispensandi in votis, & juramentis transire in Capitulum Sede vacante, ut tenent Aragon. 2. 2. quest. 88. art. 2. fol. 1042. col. 2. concl. 5. Anton. Gom. in Bulla Cruciatæ, decis. 10. n. 62. Henric. lib. 6. de Pœnit. c. 6. §. 1. & lib. 14. de irreg. cap. 18. §. 2. in fine, Sanch. d. lib. 4. cap. 38. n. 17. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. cap. 11. v. 84. me citato novissimè Trullench. in exposit. Decalogi lib. 2. cap. 2. dub. 37. n. 10. quia potest ea omnia exercere, quæ pertinent Jure communi ad ordinariam Episcopi jurisdictionem;



nem, exceptis nonnullis speciaticim iure prohibitis, cap. cum olim. 14. ubi gloss. 2. de majorit. & c. ad abolendam, ubi Gloss. verb. Sede vacante, de hereticis, cap. penult. ubi Gloss. verb. Sed Capitulum, & cap. ult. de suppleta negligent. Pralat. lib. 6. c. 1. de instit. eod. lib. cap. cum nullus, in fine principii, de temporibus ordin. eod. lib. (qui tamen text. restrictus est per Concil. Trid. sess. 7. de reformat. c. 10.) cap. unic. de majorit. & obed. in 6. Clem. 1. §. 1. ubi Gloss. verb. Sede vacante, de hereticis, Felin. in cap. cum omnes, n. 10. de constit. Pavin. de potestate Capituli, n. 11. Selv. de benefic. p. 2. q. 11. n. 4. Sylvest. verb. Capitulum, §. 2. Rebuff. in praxi, tit. de devol. à n. 57. Navar. in cons. 7. de filiis Presbyter. & cons. 44. de tempor. ordin. in novis, Guttier. Canon. lib. 1. c. 11. n. 10. Ugolin. de censuris, tab. 1. c. 10. n. 2. §. 2. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 118. in princ. Flam. de resign. lib. 7. q. 23. n. 11. cum seqq. Soar. de censur. disp. 7. sect. 2. n. 4. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. c. 11. n. 10. Molin. de iust. tract. 5. disp. 11. n. 1. 3. & 10. Quaranta in sum. Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, in princ. Cardof. in praxi iudicium verb. Capitulum, n. 2. † Potest etiam dispensare in iis, in quibus Episcopus ratione Episcopalis jurisdictionis valet dispensare. Henriq. in sum. lib. 1. 4. de irregul. cap. 20. §. 1. in fine, Guttier. d. lib. 1. c. 3. n. 10. Sayr. d. cap. 21. num. 84. Molina d. disp. 11. n. 5. Cardof. d. n. 2. Cened. part. 3. collect. 4. n. 3. Dixi, ordinariam, quia in delegata Episcopo jurisdictione non succedit Capitulum, Abb. in cap. cum olim, quest. 5. de majorit. & obed. Azeved. ad Curiam Pisanam lib. 1. cap. 8. n. 12. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 1. q. 16. num. 1. & lib. 2. quest. 135. num. 4. cum aliis citatis per Aloys. Ricc. d. resol. 118. n. 2.

10 Tertiò amplia in Prælatibus inferioribus habentibus jurisdictionem Episcopalem, vel quasi, qui poterunt in iuramentis, & votis dispensare, cum prædicta potestas dispensandi ad jurisdictionem spectet, illique habeant Episcopalem, vel quasi, potestatemque ordinariam in sua veluti Diocesi, in eaque tribunal constituent, & sic succedunt loco Episcoporum; unde in illis casibus possunt dispensare, in quibus Episcopus potest, prout in specie cap. & si Clerici, §. de adulteriis, de iudic. & cap. 1. de atate, & qualitat. lib. 6. & cap. cum ex eo, de elect. eodem lib. cum similibus, resolvunt Abb. num. 13. & Dec. num. 16. in d. §. de adulteriis, idem Abb. in cap. significasti, n. 5. cum seqq. de foro compet. & in Clement. ne in agro, §. ad hac, de statu Monachor. Innoc. in cap. statuimus, de transact. Bald. in auth. hoc jus, col. 3. C. de Sacrosanct. Ecclesiis. Chassan. in consuet. Burgundia, rubr. 9. num. 26. juvat doctrina Gloss. verb. Proprii, in Clem. 1. de rebus Ecclesia, recepta communiter, ut per suprâ citatos, Covar. in cap. Ioannes, num. 1. de testam. & lib. 1. variar. c. 3. n. 9. Navar. in man. c. 27. n. 39. vers. quartò, probant in specie Abb. in c. 1. n. 7. de voto, ubi exponit verba illius textus ibi, ab illius qui præsidet, & c. scilicet habentis jurisdictionem Episcopalem, quia talis Prælati potest exercere jura Episcopalia. Navar. in man. c. 12. n. 75. vers. secundò, in fine, Suar. d. lib. 6. c. 10. n. 13. Sayr. in clavi Regia, lib. 5. c. 8. n. 9. lib. 6. cap. 11. n. 82. cum seq. Less. lib. 2. de iustitia, c. 40. dub. 12. n. 101. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 19. Valer. Reginald. lib. 18. sua praxis, n. 339. Molfes. d. tract. 11. c. 15. n. 113. Trullench. dict. dub. 37. n. 13.

11 Quartò amplia in Prælatibus Regularibus exemptis ab Ordinario (quales hodie sunt ferè omnes ex Summi Pontificis privilegio) qui possunt dispensare cum suis subditis in votis, & iuramentis, quia supposito quod sunt exempti, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecti, habent jurisdictionem quasi Episcopalem, & idè sicut Episcopi, ita illi possunt circa suos subditos dispensare: nec hæc potestas illis competit ut delegata, sed ut ordinaria, quando enim ali-

qua Religio eximitur per Pontificem à jurisdictione Episcopi, conceduntur Prælati ea, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, & ita supposita illa exemptione, & approbatione Religionis, competit potestas illis, ex vi muneris, & officii: resolvunt Sylvest. verb. Votum 4. quest. 3. Navar. d. cap. 12. num. 75. Sor. de iustit. lib. 7. quest. 4. art. 3. Cajetan. & alii, quos refert, & sequitur Suar. d. lib. 6. cap. 10. num. 14. Fr. Emman. quest. Regularium tom. 1. quest. 25. art. 4. cum seqq. plures refert Sayr. in Clavi Regia, lib. 5. cap. 8. num. 10. & lib. 6. cap. 11. num. 87. cum multis sequentibus, latè Fr. Ludov. Miranda d. quest. 32. art. 4. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 11. c. 18. dub. 4. Less. d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. à num. 107. Sanchez d. lib. 4. cap. 39. num. 3. cum seqq. Molfes. d. tract. 11. cap. 15. à num. 116. Trullench. dict. dub. 37. num. 11. Valer. Reginald. dict. lib. 18. num. 340. Quod etiam intellige non solum in Prælatibus Generalibus, seu Provincialibus, sed etiam in localibus, seu Conventualibus; adhuc enim illi possunt in subditorum iuramentis, seu votis dispensare, ex supradicta ratione, ut per Sor. d. q. 4. art. 7. Soar. d. cap. 10. num. 14. Sayr. dict. cap. 11. num. 89. † Qui quidem Religionum Prælati ex speciali jure, & privilegio etiam possunt dispensare in votis volentium intrare suum Ordinem, ex concessione Eugenii IV. de qua Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 32. art. 5. & art. 6. resolvit omnia novitiorum vota realia, & personalia, & mixta includi, & commutari in solemne Religionis votum, ita quod professione emissa in aliqua Religione per Sedem Apostolicam approbata, supradicta vota cessent; quia solemniter proficiens totaliter mundo moritur, vivit autem Deo, ad quam vitam solemniter illa professio dirigitur: quo fit, ut cessante præterita vita, cessent etiam omnia vota in ipsa facta. † Abbatissæ verò in votis suarum Monialium non possunt dispensare, quia jure ordinario non sunt capaces jurisdictionis Ecclesiasticæ, cap. dilecta, de majorit. Fr. Emman. d. quest. 25. art. 7. Suar. dict. c. 10. num. 15. Less. d. num. 17. In votis Regularium Episcopum dispensare non posse, quod ab ejus jurisdictione exempti sint, & immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, resolvit Sanch. d. lib. 4. cap. 39. num. 26. ubi num. 27. cum sequentibus, latè disserit, an hi Religiosi exempti possint credentes exemptionis privilegio ex licentia suorum Superiorum se Episcopo subicere, ut ab illo absolvantur, vel cum eis dispense in casibus, in quibus Episcopus hoc potest cum suis subditis: ubi affirmativè respondet, de quo etiam Trullench. dict. dub. 37. num. 20.

12 Quartò amplia procedere in Confessariis Regularibus Ordinum Mendicantium, qui ex privilegio speciali ipsis à Summis Pontificibus concessio possunt dispensare in supradictis votis, & iuramentis illorum omnium, quorum Confessiones audierint, ut per Navar. in man. c. 12. n. 79. vers. undecimò, Ludovic. Lopez in instruct. conscientia, part. 1. cap. 50. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 74. art. 4. & seq. Fr. Emman. in sum. part. 3. c. 102. concl. 10. & Regul. quest. tom. 1. q. 64. art. 2. cum seq. Sayr. lib. 5. c. 6. n. 10. & lib. 6. c. 11. n. 95. cum seqq. Less. d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 108. Quamvis hujusmodi Confessarii Regulares possint commutare, & dispensare in omnibus votis Episcopis iure communi, & ordinario reservatis, non tamen in reservatis ipsis jure speciali, ut firmat Fr. Ludovic. Miranda d. art. 4. concl. 2.

13 Alii autem Confessores, quamvis Parochi, seu quicumque alii curam animarum habentes, in suorum subditorum iuramentis, seu votis nequeunt in neutro foro dispensare, ut resolvunt Innoc. Hostiens. Abb. & communiter Doctores in cap. 1. de voto, & alii quos refert, & sequitur Sayr. d. lib. 5. c. 8. n. 9. & lib. 6. c. 11. num. 85. cum sequenti, Suar. lib. 6. tract. de voto, cap. 10. n. 18.



n. 18. cum sequenti. *Leff. d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 109.*  
*Sanch. d. c. 38. à num. 20. Reginald. d. lib. 18. n. 339.*  
*vers. meminerint, Molfes. d. tract. 11. c. 15. n. 114. Joan.*  
*Maldet. de virtut. tract. 10. c. 5. dub. 0. vers. & quid sit*  
*periculum, Filliuc. d. tract. 26. c. 9. n. 249. Lavor. d. p. 2.*  
*c. 27. n. 71. me citā in hoc loco, Bos. d. casu n. 18. Quam-*  
*vis Gabr. in 4. dist. 38. q. 1. art. 5. & Fr. Emman. quest.*  
*Regul. rom. 2. quest. 46. art. 9. absque fundamento con-*  
*trarium teneant.*

Intellige supradictam potestatem dispensandi in  
 votis, & juramentis concessam Episcopis, Capitulo  
 Sede vacante, & Prælati inferioribus, procedere  
 solum respectu illorum qui sunt verè, & propriè  
 subditi, & habent domicilium, non autem habitatio-  
 nem, etiam cum animo ibidem permanendi majore  
 parte anni, & ita quamvis Episcopus possit dispen-  
 sare in voto, & juramento sui subditi in sua Diocesi  
 domicilium habentis, † non poterit tamen dispen-  
 sare in voto Scholaris, qui in studio commoratur, &  
 in loco studii habitat, non tamen domicilium habet:  
 ratio est, quia scholaris simpliciter non est subditus  
 Episcopo Academiae, & ideo non potest ab eo ordi-  
 nari sine licentia sui proprii Episcopi, *cap. cum nul-*  
*lus, de temporibus ordin. in 6. ergo non poterit in illius*  
*votis, seu juramentis dispensare. Quam sententiam tenet*  
*Abb. in cap. nullus, num. 4. de Parochiis: quem se-*  
*quuntur Angel. Tabiena, & Sylvest. verb. Domicilium,*  
*Suar. d. lib. 6. de voto, cap. 11. num. 11. & hæc est verior*  
*opinio in puncto juris, ut alibi dixi. Quamvis con-*  
*trarium teneant Henriq. lib. 3. de Pœnit. cap. 14. § 1.*  
*San. h. de matrim. lib. 3. disp. 23. num. 11. cum duob.*  
*sequentib. Leff. d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 103. asseren-*  
 tes † non requiri domicilium, sed sufficere habitatio-  
 nem majori parte anni, ut Episcopus loci possit dis-  
 pensare in votis, quia ut inter omnes supra citatos  
 convenit, Scholares, & similes majore parte anni habi-  
 tantes in aliquo loco, sunt subditi Episcopo, & Pa-  
 rocho illius loci, respectu Confessionis, & Commu-  
 nionis: cui tamen argumento respondetur facien-  
 dam esse distinctionem inter Sacramenta necessaria,  
 prout est Confessio, & Communio; & inter voluntaria,  
 prout Sacramentum Ordinis; & alia similia; ut sci-  
 licet priora per Episcopum loci studii scholaribus  
 conferantur, non ita posteriora, ut per Sylvest. ubi su-  
 pra. & verb. Confessor. 1. § 10. Unde cum regulariter  
 nulla possit dari tam urgens necessitas, quæ compellat  
 tolli vinculum voti, ideo ad Episcopum loci studii  
 non pertinet dispensatio; si verò aliquando detur, po-  
 terit Episcopus suspendere executionem voti ex vo-  
 luntate tacita proprii Episcopi, ut explicat Suar. d. n.  
 11. & addit Bonac. d. disp. 4. q. 2. punct. 7. § 4. n. 6. posse  
 Episcopum cum suis subditis dispensare in votis extra  
 Diocesim.

Ex quibus colliges Archiepiscopum non posse dis-  
 pensare in votis, & juramentis subditorum sui Suf-  
 fraganei, cum nec ex vi muneris, nec ex jure speciali,  
 nec consuetudine in eos habeat potestatem, licet in  
 foro contentioso sit Ordinarius iudex appellationum,  
 quas iidem subditi à propriis Episcopis ad ipsum in-  
 terponunt, *cap. pastoralis, de officio Ordin. c. 1. in princ.*  
*de foro compet. lib. 6. ita resolvunt Sylvest. verb. Vo-*  
*tum 4. q. 3. Sot. lib. 7. de justit. q. 4. art. 3. Sayr. lib. 6. c. 11.*  
*n. 79. Suar. lib. 6. cap. 10. n. 7. Henriq. lib. 14. c. 18. § 3.*  
*Avil. de censur. part. 7. disp. 10. dub. 6. post 1. concl. not.*  
*2. & part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 10. Sanch. in præce-*  
*pta Decal. lib. 4. cap. 38. n. 11. Basil. Pont. de Matrim.*  
*lib. 8. c. 5. n. 9. Valer. Reginald. d. lib. 18. n. 333. Fr. Lu-*  
*dovic. à Cruce d. cap. 6. dub. 19. n. 7. Trullench. d. dub.*  
*37. n. 9. Poterunt tamen Archiepiscopi in votis ipso-*  
 rummet Episcoporum Suffraganeorum dispensare,  
 quia sunt illis subditi, ut cum Palud. Anton. Henriq.  
 Avil. Sayr. & aliis resolvunt Bonac. d. disp. 4. q. 2. punct.

7. § 4. n. 7. Sanch. d. c. 38. n. 10. & Molfes. d. tract. 11.  
 c. 15. n. 111. Ludov. à Cruce d. dub. 19. n. 10. Quamvis  
 Suar. de Relig. lib. 6. de voto, c. 11. n. 3. dicat consulend-  
 dam esse consuetudinem.

Utrum autem possint Episcopi, aliiue Prælati fa-  
 cultatem concedere suis Confessariis, ut secum dis-  
 pensent in illis casibus in quibus ipsimet Prælati dis-  
 pensare possunt cum suis subditis? Neg. t. Suar. dict.  
 lib. 6. de voto, cap. 11. n. 4. Sed contrarium merito re-  
 solvunt S. Anton. Avila, & alii, quos refert, & sequi-  
 tur Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 3. n. 3. & in præcepta  
 Decalogi lib. 4. c. 37. à n. 42. Molfes. d. tract. 11. c. 15.  
 n. 112. & 118. Henriq. lib. 6. de Pœnit. c. 4. n. 3. in comm.  
 lit. 1. & c. 7. n. 5. in com. lit. B. Anton. Gom. in Bull. Cruc.  
 claus. 10. n. 85. Sayr. de censur. lib. 7. c. 14. n. 5. Fra. Lu-  
 dov. à Cruce in exposu. Bull. Cruc. disp. 1. c. 6. dub. 18.  
 per tot. alias enim peioris essent conditionis, quam  
 subditi durissimum sanè esset Prælatos saltem soli  
 Summo Pontifici subditos cogere ipsum pro quavis  
 dispensatione obtinenda adire. De Cardinalibus, quod,  
 possint in suis titulis dispensare in voto, contra Suarez  
 & Sanchez tenet novissimè Diana moral. resol. p. 5.  
 tract. 2. resol. 58.

ALLEGATIO XXXVIII.

Episcopus in votis solemnibus quan-  
 do dispensare possit?

SUMMARIUM.

1. Papa solus potest dispensare in quinque juramen-  
 tis, seu votis solemnibus.
2. Vota, seu juramenta solemnia sunt Pontifici reser-  
 vata ex antiquissimo Curie stylo, excepto voto  
 terra Sancta, quod in jure reservatur.
3. Peregrinatio in templum B. Virginis Lauretana,  
 an sit etiam ex reservatis Summo Pontifici?
4. Votum terra Sancta non dispensatur ab Episcopo,  
 licet devotionis, & vocationis gratiâ tantum  
 factum fuerit, ex hodierna praxi, & consuetu-  
 dine.
5. Episcopus non potest dispensare in juramentis, seu  
 votis conditionalibus de materia alias reservata,  
 etiam pendente conditione.
6. Dispositio omnis conditionalis in sua essentia à  
 principio est perfecta.
7. Dispensare potest Episcopus in prædictis quinque  
 votis, si in pœnam fiant.
8. Continentia in voto, si detur urgens causa, seu gra-  
 vis necessitas, vel grave impedimentum adveni-  
 Pontificem, potest Episcopus dispensare.
9. Dispensare ex legitima causa potest Episcopus cum  
 eo, qui post votum simplex castitatis Matrimo-  
 nium ratum contraxerit, ad effectum, ut possit pe-  
 tere debitum.
10. Dispensare potest Episcopus, ut possit petere de-  
 bitum ille conjug. qui post Matrimonium con-  
 summatum fecit votum castitatis.
11. Dispensare potest Episcopus, quando post Mari-  
 monium conjuges mutuo consensu faciunt sim-  
 plex votum castitatis, si detur periculum inconti-  
 nentia, & non possit de facili patere aditus ad  
 Summum Pontificem.
12. Dispensare poterit Episcopus, ut incestuosus petat  
 debitum ab uxore sua jam eidem effecta affine  
 per prædictum incestum.
13. Dispensare potest Episcopus in omnibus quatuor  
 votis, data gravi, & urgenti necessitate, & in-  
 terveniente simul difficultate adveni- Pontificem.



- 14 Confessarii Mendicantes, & illorum privilegio gaudentes, non possunt dispensare in supradictis casibus, quibus Episcopo dispensandi potestas conceditur.
- 15 Episcopus potest dispensare in voto castitatis ad tempus.
- 16 Votum peregrinationis facienda tali tempore si justa adsit causa, poterit Episcopus prorogare.
- 17 Dispensare in voto de non contrahendo Matrimonio potest Episcopus.
- 18 Dispensare in voto Virginitatis potest Episcopus.
- 19 Dispensare in voto suscipiendi Ordines potest Episcopus.
- 20 Voto suo an quis possit ita se obligare, ut intendat efficaciter, quod à nemine tolli possit, nisi à Papa, negativè respondetur.
- 21 Dispensandi potestatem habens in votis, & juramentis, potest illa commutare.
- 22 Cap. cui licet § 3. de regulis Iuris lib. 6. procedit in his, quæ à Iure communi conceduntur.
- 23 Delegata potestate dispensandi in juramentis, seu votis, censetur concessa potestas commutandi.
- 24 Dispensandi potestas alicui concessa non inter odiosa, sed favorabilia censenda est.
- 25 commutandi juramenta, seu vota potestate tradita, non censetur eo ipso potestas dispensandi concessa.



**N**ULLUS Prælati, quantacumque præfulgeat potestate, præter Romanum Pontificem potest dispensare in quinque juramentis, seu votis, nempe de intranda Religione, de perpetua castitate servanda, de Peregrinatione in terram Sanctam, quod vocatur Hierosolymitanum, de visitando limina Apostolorum Petri, & Pauli, & de Peregrinatione in Divum Jacobum Compostellæ. Ita Angel. verb. votum 4 §. 6. Sylvest. eod. verb. 4. quæst. 3. Sot. lib. 7. de just. quæst. 4. art. 3. Navar. in man. cap. 12. n. 75. & tom. 4. de Regul. num. 22. vers. sexto, novissimè Fr. Francisc. de Araujo in Salmantica Academia primariæ Cathedræ Moderator, de jurisdictione Ecclesiastica optimè meritis, in 2. 2. D. Thoma, quæst. 79. disp. 3. sect. 7. diff. 1. vers. hoc titulo, pag. 717. Homob. de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 6. quæst. 12. resol. 3. vers. porro. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 40. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 330. Molfes. in sum. Theol. moral. tract. 1. c. 15. à n. 137. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 97. n. 1. & in explic. Bulla Cruc. § 9. n. 104. Lud. Lopez in instr. conscientia, part. 1. cap. 49. Covar. in cap. quamvis pactum. part. 2. §. 3. n. 12. Henriq. in sum. lib. 7. c. 31. §. 6. lit. A. Jacob. de Graff. in decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 31. n. 21. Filliuc. in quæst. moral. tom. 2. tract. 26. cap. 9. n. 262. & 266. Paul. Layman. in sum. Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 7. Bonac. in præcepta Decalog. disp. 4. quæst. 2. puncto 7. §. 4. num. 11. Ioan. Malder. de virtut. tract. 10. c. 5. dub. 10. Lavor. de Jubil. §. 2. cap. 27. n. 5. Alzed. de præcellent. Episcop. dign. p. 2. cap. 8. à princ. Ugolin. de potest. Episcop. c. 58. §. 4. Cardos. in praxi iudicum, verb. Dispensatio, n. 35. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 330. vers. quod idem, novissimè Fr. Ludovic. à Cruce in expositione Bulla Cruc. disp. 1. cap. 6. dub. 1. n. 2. me citato in hoc loco, Boss. de triplici jubil. privilegio, sect. 2. casu 8. à princ. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 11. c. 18. quæst. 4. vers. mihi videtur, & cap. 19. q. 3. Sayr. lib. 5. sua clavis Regia, cap. 8. n. 9. & lib. 6. cap. 11. n. 33. cum sequentib. Suar. de Religione tom. 2. tract. de juram. lib. 2. c. 40. n. 4. cum sequentib. & tract. de voto, lib. 6. c. 21. n. 2. cum sequent. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. c. 8. n. 51. Less. de justit. lib. 2. c. 46. dub. 13. num. 104. novissimè Trullench. in exposit. Decalog.

lib. 2. cap. 1. dub. 22. num. 7. & cap. 2. dub. 39. num. 3. qui asserunt prædicta quinque juramenta, seu vota esse Summo Pontifici reservata ex antiquissimo Curia stylo, potius quàm Iure scripto, nec huiusmodi reservatio est hodie expressa in Extravag. ult. ante finem, vers. & generaliter, de Pœnitent. inter communes; quia ut optimè advertit Less. n. 104. solum ibi fit mentio prædictorum votorum ad effectum ea subtrahendi Confessariis, qui prætextu facultatum à Sede Apostolica concessarum ab illorum vinculis absolvent, quos etiam ibidem excommunicat, & sic totum tribuendum est stylo, vel consuetudini Summorum Pontificum; qui in evulgandis Jubilæis absolutionem prædictorum votorum sibi reservant, excepto voto terræ Sanctæ, de quo fit mentio in cap. licet, cum aliis de voto.

De voto peregrinationis in templum B. Virginis Lauteranæ, quod fit etiam ex reservatis Summo Pontifici, tenet Navar. comm. 1. de Regul. num. 21. quem sequuntur Henriq. d. §. 6. lit. A. in fine, Fr. Emman. dict. n. 104. Fr. Ludovic. à Cruce d. num. 2. & quod fuerit reservatum in Bulla Papæ Leonis X. asserit P. Joan. de Rojas lib. 2. historia Lauretana, c. 16. pag. mihi 81. de quo tamen dubitant Pont. d. §. 1. n. 16. Filliuc. d. c. 9. n. 265. Sanch. dict. cap. 40. num. 8. Suar. dict. cap. 21. num. 14. Homobon. de examine Eccles. part. 2. tract. 12. cap. 3. pag. 444. & part. 3. tract. 13. cap. 1. q. 34. resol. 4. Boss. d. sect. 2. casu 8. num. 4. Trullench. d. cap. 3. dub. 17. n. 6.

Hic autem advertendum duxi, integrum esse Episcopo cum suo sæculari subdito dispensare, qui arctiorem Religionem ingredi vovit, ut ad laxiorem transeat, siquidem hoc non est dispensare in voto Religionis, cum semper sit Religioni obnoxius, sed in modo & illius qualitate, hoc est in arctiori vinculo. Ita Molfes. in sum. tract. 11. cap. 15. n. 146. Bonac. in præcepta disput. 4. quæst. 2. puncto 7. §. 4. n. 21. vers. tertio. Jul. Lavor. de Jubilæo part. 2. cap. 27. n. 110. Alphons. Leo de Jubil. part. 2. quæst. 10. sect. 3. n. 116. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 8. §. 2. n. 23. Barthol. à S. Fausto in thesaur. Religios. lib. 3. q. 95. & lib. 4. q. 69. novissimè Boss. d. sect. 2. casu 19. Fr. Emman. Sayr. & Sanch. quos refert, & sequitur Homobon. d. resol. 3. in fine. Less. d. lib. 2. cap. 40. dub. 18. n. 124. Azor. d. lib. 11. cap. 8. quæst. 8. Fr. Ludovic. à Cruce dict. cap. 6. dict. 12. num. 9. Quicquid dicat Navar. comm. 4. de Regul. num. 10. ad fin. & Trullench. d. lib. 2. cap. 2. dub. 39. num. 12.

Primo amplia in voto terræ Sanctæ Episcopum minimè posse dispensare, non solum quando emittitur in subsidium, seu in redemptionem illius, & ita ad eam à faucibus hostium liberandam, ut olim faciebant Crucesignati, de quibus in cap. quod super his, de fide instrum. & in cap. licet, & in c. ex multa, de voto; verum etiam si causâ devotionis ad visitandum Sanctum Domini Sepulchrum, & loca illa pia juramentum, seu votum fiat: idque attento stylo, seu praxi hodierna; juxta quam quancumque votum terræ Sanctæ ex causa solius devotionis, & visitationis factum (quale est hodie omne ferè, quod emittitur) indistinctè censetur reservatum. Ita Sylvest. verb. Votum 4. quæst. 3. vers. 5. Covar. in cap. quamvis, part. 1. §. 3. n. 12. Gregor. in l. 1. tit. 8. part. 1. Fr. Emman. in expositione Bulla Cruciatæ, §. 9. n. 129. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 2. c. 19. dub. 4. & alii quos refert, & sequitur Suar. d. lib. 6. cap. 21. num. 5. Sayr. dict. cap. 11. num. 36. Less. d. n. 104. Ludovic. à Cruce. d. cap. 6. dub. 15. num. 4. Quamvis Gloss. in dict. cap. ex multa, ubi Anton. Abb. & alii, atque etiam in dict. cap. quod super his, de fide instrum. ubi Felin. num. 1. Angel. verb. Votum 4. §. 6. Navar. in man. cap. 12. n. 75. & alii citati à Suar. dict. c. 21. n. 2. & à Sayr. dict. num. 36. existiment



existiment prædictum votum solum esse reservatum, quando fit in subsidium terræ Sanctæ, quorum sententia de rigore juris vera videtur; quia Jura supradicta hoc solum casu hujusmodi votum reservant, non tamen secundum hodiernam praxim, & consuetudinem: refert, me citato, Alzed. d. part. 2. cap. 8. num. 5.

Secundò amplia in juramentis, seu votis conditionalibus de materia aliàs reservata, prout sunt supradicta, in quibus nec pendente conditione potest Episcopus dispensare. Ita Sot. lib. 7. de just. q. 2. art. 1. ad 4. & quæst. 4. art. 3. Navar. in man. cap. 12. num. 43. Fr. Emman. d. §. 9. num. 125 Guttier. canon. lib. 2. c. 22. num. ult. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 19. q. 13. Suar. dict. lib. 6. cap. 22. num. 11. me citato in hoc loco, Sanctarell. in tract. de Iubilæo anni Sancti, c. 11. dub. 2. Cujus rei ratio est, quia † votum, seu juramentum conditionale, statim ac fit, est perfectum quoad vinculum voti, seu juramenti; omnis namque dispositio conditionalis in sua essentia à principio est perfecta, ex l. usufructus 26. ad finem, ibi, ex presenti vires accepit ff. de stipulat. servorum Affl. & decis. 280. num. 3. vol. 6. Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloss. 2. num. 17. Connan. lib. 4. cap. 8. à num. 6. Valasc. de jure emphyt. quæst. 49. num. 6. & ita hæc opinio in puncto Juris verior est. Quamvis contrariam sequantur omnes ferè Theologi, ex quorum numero sunt Card. Tolet. in sum. lib. 4. c. 19. in fin. Sayr. d. cap. 11. num. 77. Less. ubi supra, dub. 13. num. 6. versic. sextus, Sanchez de Matrim. lib. 8. disput. 10. num. 12. cum sequenti, ubi alios refert, & in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 40. n. 8. Fr. Ludovic. à Cruce in exposit. Bullæ Cruc. disput. 1. cap. 6. dub. 8. à num. 4. Filiuc. d. tract. 26. cap. 9. n. 269. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 6. num. 7. Tamburin. de jure Abbatum tom. 2. disp. 18. quæst. 6. num. 37. Paul. Layman. d. tract. 4. lib. 4. cap. 8. num. 10. novissimè Boss. d. sect. 2. casu 10. num. 34. cum seqq. Trullench. in exposit. Bull. S. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 7. n. 9. & d. lib. 2. cap. 2. dub. 40. n. 3. Alzed. disp. 2. cap. 8. n. 6. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 11. resolut. 54. versic. & ita etiam, Bonac. d. disput. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. n. 17. vers. quintò, quorum potissimum fundamentum est quod votum conditionale non impleta conditione nondum est perfectum; & consummatum: igitur ad illud non potest extendi reservatio, quæ cum sit odiosa; tanquam detrahens juris Episcoporum, debet restringi, cap. statutum, ibi, Cum sit pœnale, de elect. in 6. Cui tamen argumento respondemus negando antecedens; quia quamvis executio voti, seu juramenti, sicut cujuscumque alterius contractus sub conditione celebrati, sit interim suspensa, pendente conditione, est tamen statim ac celebratus est, perfectus contractus in sua substantia, juxta supradicta. Sed,

Primò limita principalem resolutionem, quatenus habet nullum Prælatum præter Romanum Pontificem posse dispensare in prædictis quinque juramentis, seu votis non procedere, si fiant in pœnam, v. g. juro, seu voveo me non lusurum tali ludo, vel me non peccaturum tali, aut tali peccato; quod si secus fecerit, ingrediatur Religionem, aut ibo in terram Sanctam, & c. super quibus Episcopus ex causa potest dispensare, ex ea ratione, quia illa solum vota, seu juramenta propriè Summo Pontifici reservantur, quæ simpliciter, & absolute sunt Religionis, & castitatis voluntæ, & peregrinationis desideratæ, qualia non sunt pœnalia. Ita tenent Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. ubi ait esse communem sententiam, Lopez in instrum. conscientia, part. 1. c. 44. column. 2. ubi asserit esse sententiam Doctorum sui tempotis, Tolet. in sum. l. 4. c. 18. in fine, Hentiq. l. 7. de Indulgentiis, c. 30 §. 6. ubi dicit esse communem praxim post multos, quos

citatur Fr. Emman. in sum. part. 2. cap. 97. & quæst. Regul. tom. 1. quæst. 63. art. 7. ubi refert viros gravissimos eandem tenentes. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 9. à n. 10. Sanctarell. in tract. de Iubilæo anni Sancti, c. 11. dub. 1. Trullench. d. lib. 2. c. 2. dub. 40. num. 1. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 106. vers. 7. ubi probabilem dicit, & addit multos Theologos Salmanticenses ita respondisse: plures alios referunt; & sequuntur Anton. Gomez. in Bullam Cruciatam claus. 10. n. 99. Suar. d. lib. 6. cap. 23. num. 6. cum sequenti, & cap. 26. num. 17. Sayr. d. cap. 11. n. 72. Fr. Ludovic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quæst. 47. art. 6. Sanch. d. lib. 8. disput. 10. n. 8. Vgolin. de potest. Episcopi c. 58. §. 2. Valer. Reginald. dict. lib. 18. num. 337. Ioan. à Cruce in direct. Conscient. part. 2. prax. 2. art. 2. dub. 10. concl. 4. in fine, Bonac. dict. punct. 7. §. 4. num. 17. in fine, Villalob. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 42. latè Fr. Ludovic. à Cruce d. cap. 6. dub. 9. à n. 10. Alcan. Tamburin. de jure Abbatum tom. 2. disput. 18. quæst. 8. n. 36. Paul. Layman. in sum. Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. c. 8. num. 9. Alzed. dict. part. 2. cap. 8. num. 3. Filiuc. tom. 2. tract. 26. c. 9. n. 270. Ioan. Malder. de virtut. tract. 10. cap. 5. dub. 10. vers. nota, Alphons. Leo de Iubil. part. 2. q. 13. sect. 1. n. 85. Lavor. in simili tract. part. 2. cap. 27. num. 177. Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 3. q. 107. n. 4. & Boss. me citato in hoc loco, sect. 2. casu 10. n. 29. Trullench. in exposit. Bull. S. Cruc. lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 6. num. 12. Quamvis contrarium, imò etiam hoc votum, seu juramentum esse reservatum, existiment Sot. lib. 7. de just. quæst. 2. art. 1. ad 4. Navar. in manual. c. 12. num. 43. Covar. in cap. quamvis, part. 1. §. 3. n. 12. Alcozer. in sua sum. c. 16. Graffius in decis. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 28. num. 3. Guttier. Canon. lib. 2. cap. 22. à n. 50. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 19. q. 13. Fr. Emman. in Bullam Cruciatam, §. 9. n. 124. dub. 2. qui tamen postea citato loco se retractavit, & veriotem dicit Less. d. vers. 7.

Limita secundò circa votum de intranda Religione, ut non procedat in voto Religionis non approbatæ, in quo poterit Episcopus dispensare; quia Religio non approbata à Sede Apostol. non est verè Religio, & idè id votum non est Religionis. Sic docent Less. lib. 2. de justit. cap. 40. dub. 13. n. 205. Valer. Reginald. dict. lib. 18. num. 331. vers. primò in voto, Barthol. à S. Fausto in thesaur. Relig. lib. 3. quæst. 96. Alphons. Leo de Iubil. part. 2. quæst. 10. sect. 3. n. 113. Trullench. dict. cap. 3. dub. 16. num. 3. Boss. d. sect. 2. casu 19. num. 6. Bonacina d. §. 4. n. 21. vers. secundò, Sanchez d. lib. 4. cap. 40. num. 71. ubi hinc infert, posse Episcopum dispensare in voto assumendi habitum feminarum, quas vulgò *Beatas* appellant, & num. 71. resolvit posse Episcopum dispensare in voto paupertatis & obedientiæ, sive in sæculo, sive in Religione non approbata emisso & num. 73. pariter resolvit posse Episcopum dispensare in voto ingrediendi aliquam Religionem ex Militaribus, excepta illa Equitum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, de quo latè Diana d. part. 1. tract. 11. resolut. 77. & 78. subdit etiam Sanchez d. disput. 43. num. 74. posse Episcopum dispensare in qualitate adjuncta substantiæ voti Religionis, & num. 75. similiter asserit, si quis promittat non tantum Religionem, sed perseverantiam in illa, quamvis Pontificis reserve-tur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseverantiam, & ita ut possit hic tempore novitiatus exire, si expetitus Religionis austeritates justa causa ad non perseverandum ducatur, quia votum perseverandi est virtute diversum à voto Religionis, de quo etiam Trullench. d. cap. 3. dub. 16. num. 7. Fr. Ludovic. à Cruce d. cap. 6. dub. 12. num. 5. Unde Episcopum posse dispensare in voto ingrediendi Religionem ætatiorem, commutando



tanto illud in laxiorem, ut per Henric. d. lib. 7. c. 22. §. 7. Bonac. diēt. §. 4. num. 21. vers. tertio. Sayr. in clav. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 62. Trullench. d. lib. 1. §. 7. art. 3. dub. 16. n. 7. Less. d. lib. 2. cap. 40. dub. 8. n. 124. quos, & alios refert, & sequitur Diana moral. resol. part. 1. tract. 11. resol. 55. vers. & ideo. Hinc fit, ut si contingat, quod Pontifex votum Religionis commutet in aliam materiam non reservatam, ut in Confessiones menstruas, aut quid simile, posse materiam subrogatam per Episcopum dispensari, quia votum illud reservatum fuit per Pontificiam commutationem extinctum, & aliud loco illius substitutum, quod non est reservatum. Ita Henric. d. lib. 7. cap. 30. num. 5. vers. 4. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 96. ad fin. Bonac. d. §. 4. n. 18. vers. sexto. Sanchez d. disp. 9. n. 20. Less. d. lib. 2. c. 40. dub. 18. num. 124. Ioan. Sanc. in select. disp. 14. num. 14. Filliuc. tom. 1. tract. 26. cap. 10. num. 294. Fr. Ludovic. à Cruce d. cap. 6. dub. 12. num. 8. cum seqq. Trullench. diēt. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 14. num. 7. Boss. diēt. sect. 2. cas. 12. Similiter ex dictis infertur, votum vovendi Religionem, aut perpetuam castitatem, esse commutabile per Episcopum, quia non est Religionis, neque castitatis. Suarez d. lib. 6. de voto, cap. 21. num. 7. Sanchez d. c. 40. num. 70. Layman. d. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 8. vers. sexto. Barthol. à S. Faust. in thesaur. Relig. lib. 3. q. 22. Boss. d. sect. 2. casu 17. Denique poterit Episcopus ordinaria potestate dispensare, ut votum Religionis ex justa causa non impleatur tempore præstituto, Sanchez d. lib. 8. disp. 9. n. 19. & d. lib. 4. c. 40. n. 76. Diana d. part. 1. tract. 11. resol. 80. Bonac. d. §. 4. n. 12. vers. sexto.

9 Limita tertio eandem principalem resolutionem, ut non procedat in voto continentiae, si detur urgens causa, seu gravis necessitas, quæ suadeat necessariam esse dispensationem in tali voto, prout est probabile periculum incontinentiae, vel simile, & interveniat simul impotentia moralis, vel grave impedimentum adeundi Pontificem, & sic detur probabile periculum in mora, in quo casu potest Episcopus dispensare. Ita per text. in cap. veniens, qui clerici vel voventes, resolvunt Sylvest. verb. Votum 4. quest. 4. & verb. Dispensatio, §. 9. Navar. in man. cap. 11. n. 76. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 63. art. 6. plures refert Sanch. de Matrim. lib. 8. disput. 9. num. 22. cum seq. & in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 40. num. 32. Bonac. d. disp. 4. quest. 2. puncto 7. §. 4. num. 15. latè Suarez d. lib. 6. cap. 26. à num. 8. cum seqq. Less. d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 106. versic. quarto. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 8. num. 20. & 21. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico, tract. 12. cap. 3. q. 11. limitat. 2. pag. 445. & etiam me citato in hoc loco, Sanctarel. de Jubilæo anni Sancti, cap. 9. in fine. Vtrum autem votum castitatis perpetuae saltem metu incussum possit per Episcopum dispensari? latè disputant Fr. Ludovic. à Cruce diēt. cap. 6. dub. 13. per tot. Boss. diēt. sect. 2. casu 14. per tot. Diana d. tract. 11. resol. 73. Suarez d. lib. 6. cap. 26. num. 4. Trullench. diēt. dub. 15. Bonac. d. disp. 4. quest. 2. punct. 7. §. 4. num. 17. vers. secundo, ubi affirmativè respondit, quamvis metus leviter incussum sit, ubi in versic. tertio, post Suarez d. cap. 26. num. 6. & Sanchez d. cap. 40. num. 26. & 80. subdit quod quando dubitatur utrum votum castitatis sit validum, vel utrum sit reservatum, dispensat Episcopus.

10 Adverte Episcopum data legitima causa, etiam dispensare posse cum eo, qui post votum simplex castitatis Matrimonium ratum contraxit, ad effectum, ut possit petere debitum; quamvis enim peccaverit contrahendo, juxta ea quæ norant Doctores in cap. meminimus, & in cap. rursus, qui clerici, vel voventes, & adhuc votum possent implere, si velit, ingrediendo Religionem, etiam in vita uxoris, juxta

cap. 2. cap. ex publico, cap. ex parte 14. de convers. conjugat. Nihilominus tamen ad id non tenetur, quia formalem Religionis ingressum non vovit: juvat text. optimus in cap. penult. de Regularib. in 6. tenent Sot. in 4. dist. 38. quest. 2. art. 1. latè Sayr. d. lib. 6. cap. 7. num. 6. Less. d. dub. 13. num. 106. Quamvis Navar. diēt. cap. 12. versic. 14. Azor. lib. 11. c. 19. dub. 5. & multi alii citati à Sayr. ubi proximè, contradicant. Ac subinde potest Episcopus dispensare dando facultatem debitum petendi. Ita Sylvest. post D. Thomam, quem refert verb. Matrimonium 7. n. 5. vers. 11. Valer. Regin. d. lib. 18. num. 331. vers. tertio, Diana d. part. 1. tract. 11. resol. 66. Guttier. Canon. lib. 1. cap. 23. n. 17. Sayr. lib. 6. c. 11. n. 53. vers. idem etiam, ubi addit eandem dispensationem posse fieri ab Episcopo cum eo, qui post contractum Matrimonium ratum votum castitatis emisit.

Sic similiter ex eadem ratione potest Episcopus dispensare, ut possit petere debitum ille conjux, qui post Matrimonium consummatum fecit votum castitatis sine alterius conjugis consensu. Ita D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 22. §. 2. & 3. & Sylvest. d. vers. 11. Sot. & alii quos refert Sayr. d. c. 11. n. 52. me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 2. cap. 8. n. 24. rectè advertens, quod mortua uxore iste, qui in his casibus fecit votum castitatis, non potest Matrimonium licitè contrahere; quia Episcopus non dispensavit in castitate perpetua, sed tantum ut possit petere debitum. At quod attinet ad hanc materiam, melius quàm omnes illam attigit Trullench. in exposit. Bulla Cruciatæ, lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15. per tot. ubi n. 14. resolvit, quod quando conjux alter solus de licentia alterius vovit continentiam Matrimonio non consummato, & animo ingrediendi Religionem, sciendo non aliter esse in sua potestate implere perfectè votum; tunc non potest cum eo Episcopus dispensare, etiam ad debitum petendum; at si jam Matrimonium consummavit, poterit dispensare Episcopus ad solum debitum.

Item quando post Matrimonium conjuges mutuo consensu faciunt votum castitatis, controversum est an solus Pontifex possit dispensare in tali voto? Dic quod si detur periculum incontinentiae in alterutro, & non possit ex infirmitate, paupertate, aliave ratione patere aditus ad Summum Pontificem, poterit Episcopus dispensare, ut Matrimonio utantur, sive petendo, sive reddendo, Angel. verb. Votum 4. q. 6. specul. conjugatorum p. 1. art. 15. in fine. Navar. d. c. 12. n. 39. vers. 32. & n. 76. vers. 5. Henric. in sum. lib. 11. c. 15. n. 8. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 243. n. 14. Sanch. d. lib. 8. disp. 11. n. 10. Anton. Gom. in Bulla Cruc. claus. 10. n. 108. Fr. Ludovic. à Cruce d. c. 6. dub. 14. n. 6. me citato in hoc loco, Alzed. d. part. 2. c. 8. n. 96. Azor. d. c. 19. q. 18. Trullench. d. c. 3. dub. 15. n. 16. ubi n. 17. subdit, quod hæc Episcopi dispensatio ob eam urgentem necessitatem concessa solum potest esse ad petendum, & reddendum debitum in eo Matrimonio, quia ad hoc solum necessitas urget.

Utrum verò possit Episcopus dispensare, ut incestuosus petat debitum ab uxore sua jam eidem effecta affine per prædictum incestum? Dubitant DD. in qua quest. Guttier. d. c. 13. n. 10. cum sequenti, post alios resolvit non posse Episcopum dispensare, nisi in casu necessitatis, eo quod non patet facilis aditus ad Pontificem, & sit incontinentiae periculum, quod admittit in eo, qui incestum committeret scelestissimum, videlicet cum focru, vel sorore uxoris, Jacob. de Graff. d. lib. 2. c. 81. n. 3. Verùm communiter tenent Doctores posse semper Episcopum in hoc dispensare: ita Galet. de cognat. spirit. c. 19. n. 14. Tolet. lib. 5. c. 12. n. 6. Ugolin. de potestate Episcopi c. 60. §. 2. Henric. lib. 11. c. 15. n. 11. in fine, Fr. Emman. in Bullam Cruciatæ, §. 13. n. 7. & in sum. tom. 1. cap. 243. n. 12. plures alios Doctores refert, &



& sequitur Sanchez d. lib. 8. disp. 12. n. 13. ubi à n. 15. an possit Episcopus dispensare cum conjugē ad petendam debitum, qui cum suo conjugē contraxit cognationem spiritualementem?

Adverte etiam Episcopum non solum in prædicto voto castitatis, sed etiam in omnibus aliis quatuor posse dispensare certo modo, data gravi, & urgente necessitate, & interveniente simul difficultate adeundi Pontificem, Sanchez d. lib. 4. c. 40. n. 37. Fr. Ludovic. à Cruce d. cap. 6. dub. 15. num. 3. cum seq. ubi intelligit procedere etiam si adsit recursus ad Apost. Nuntium, Suarez d. tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto, cap. 26. num. 9. & seq. Lessius d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 106. Bonac. d. disp. 4. quest. 2. puncto 7. §. 4. n. 15. Fillinc. d. tract. 26. cap. 9. num. 277. Paul. Layman. d. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 16. Barthol. à S. Fausto d. lib. 3. q. 61. Leo d. sect. 2. à num. 107. me citato in hoc loco, Bossius d. sect. 2. casu 20. num. 23. cum quo declarat numeris seqq. Trullench. in exposit. Bull. S. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 6. n. 2. Alzedo d. p. 2. cap. 8. num. 13. quia verò regulariter in his quatuor votis, cum illa sint affirmativa, non potest dari necessitas, quæ suadent illorum dispensationem, sed dilationem, in illis poterit Episcopus dispensare, data etiam prædicta causa, & difficultate adeundi Summum Pontificem, verbi gratià, si aliquis intra annum voveat fieri Religiosus, vel facere peregrinationem reservatam, poterit Episcopus cum illo dispensare, ut per illum annum differat, de quo vide omnino Ugolin. de potestate Episcopi, cap. 58. §. 4. num. 2. Suarez d. lib. 6. cap. 26. à num. 9. usque ad num. 12.

Intellige deinde in casibus contentis in hac limitatione non posse Confessarios Mendicantes, nec illorum privilegio gaudentes dispensare. Licet enim possint dispensare in votis Episcopo reservatis, ut alibi notavimus; nihilominus tamen id intelligitur de votis reservatis Episcopo Jure communi, & ordinario, non tamen de votis ipsis reservatis jure speciali, in quibus electa videtur industria personæ, ut resolvunt Fr. Emman. tom. 2. quest. 6. art. 6. Leo in tract. de Jubilæo, part. 2. quest. 13. sect. 2. num. 97. me citato in hoc loco; Diana moral. resol. part. 1. tract. 11. resol. 56. vers. notandum, me citato in hoc loco, Trullench. in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15. num. 19. me etiam citato in hoc loco, Homobon. ubi supra, limitat. 3. Suarez d. cap. 26. num. 16. cum sequenti, ubi num. 15. tenet quod Episcopi in prædictis votis dispensare possint, licet Nuntius, seu Legatus Apostolicus sit in eadem Provincia; cum quodam tamen temperamento, de quo ibi.

Limita quartò, ut procedat solum in voto perpetuæ castitatis, non autem ad tempus, purà ad annum, vel decennium, in quo potest Episcopus dispensare, sicut & in voto certæ castitatis, veluti in non committendo adulterium, aut aliud certum libidinis genus; quia hujusmodi vota non est perpetuæ castitatis, quod Papæ tantum reservatur. Ita Sor. in 4. distinct. 38. quest. 2. art. 2. conclus. 1. in fine, & lib. 7. de justit. quest. 4. art. 3. conclus. 1. Navar. in manual. cap. 12. num. 76. versicul. 5. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 12. paulò ante solut. ad 1. Jacob. de Graffis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 29. Bonacina dict. §. 4. num. 16. vers. septimò, Anton. Gomez in exposit. Cruciatæ, claus. 10. num. 109. Henriquez lib. 7. cap. 30. §. 6. Valent. 2. 2. disputat. 6. quest. 6. punct. 7. col. 10. versic. ex quo sequitur, Fr. Emman. in summa, tom. 2. cap. 96. num. 5. & in exposit. Cruciatæ, §. 9. num. 1. & 120. Fr. Ludovic. à Cruce d. disp. 1. cap. 6. dub. 10. Fr. Emman. in sum. tom. 4. cap. 187. num. 17. ubi limitat in voto facto ad centum, seu 80. annos, quia reputatur perpetuum, post Angel. Emman. Sà, Palaf. Angl. Fr. Ludov. Lopez, & plures alios Sanchez de Barbosa de Episc. Pars II.

Matrim. lib. 8. disp. 9. n. 6. Azor. d. lib. 11. cap. 19. dub. 6. Ugolin. d. cap. 59. §. 3. num. 2. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. d. cap. 11. num. 48. Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 331. vers. secundo, & n. 334. vers. tertium, & n. 336. Alcan. Tamburin. de jure Abbatum, tom. 2. disp. 18. quest. 8. num. 7. Alzed. d. p. 2. cap. 8. num. 24. & multò plures Sanctarel. de Jubilæo anni sancti, cap. 9. dub. 1. Sanchez d. lib. 4. cap. 40. num. 48. Trullench. d. lib. 2. cap. 2. dub. 39. num. 16. Bonac. in præcepta, disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. num. 18. vers. septimò, Paul. Layman. d. lib. 4. tract. 4. cap. 8. Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 3. quest. 70. Sanctar. de Jubil. cap. 5. dub. 1. Alphonf. Leo in simili tract. p. 2. quest. 13. sect. 1. num. 95. me citato in hoc loco, Boli. d. sect. 2. casu 17. Diana d. p. 1. tract. 11. resol. 37.

Et posse Episcopum votum peregrinationis faciendæ tali tempore prorogare, si justa adsit causa, veluti quia vovens morbo impeditur, vel viaticum non habet, aut carcere detinetur, resolvit Ugolin. d. cap. 58. §. 4. num. 2. & latè de potestate Episcopi circa dilationem executionis votorum reservatorum, vide novissimè Bossium d. sect. 2. casu 19. num. 4. cum seq. Sanchez d. lib. 4. cap. 40. num. 76. ubi probabilius existimat posse Episcopum Ordinaria potestate dispensare in hac dilatione, dummodò votum non adeò differatur, ut sit periculum in eum statum incidendi, ut vovens reddatur impotens ad votum implendum, quòd hoc non sit dispensare in substantia voti reservati, sed in ejus qualitate, Trullench. d. cap. 3. dub. 16. num. 9.

Ex prædicta etiam ratione poterit dispensare in voto de non contrahendo matrimonium, seu nunquam nubendi, quia non est votum simpliciter castitatis, neque illud violatur, si vovens cum alia fornicetur. Ita Navar. Valent. Henriquez, Fr. Emman. & Jacob. de Graffis ubi supra, Fr. Ludovic. in instruct. conscientia, p. 1. cap. 49. col. 2. versic. licet Episcopus, Guttier. Canon. lib. 2. cap. 22. n. 94. Trullench. d. cap. 3. dub. 15. num. 23. Sanchez d. disp. 9. n. 11. & d. lib. 4. cap. 40. n. 66. Ugolin. d. cap. 58. §. 3. num. 1. Sanctarel. d. cap. 9. dub. 5. Azor. d. cap. 19. q. 5. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 8. §. 2. n. 19. Sayr. d. cap. 11. n. 46. cum sequenti, Fr. Ludovic. à Cruce d. disp. 1. cap. 6. dub. 10. n. 4. Barthol. à S. Fausto d. lib. 3. q. 74. Homobon. p. 2. exam. tract. 12. cap. 2. pag. 445. col. 1. Jul. Lavor. d. cap. 27. num. 11. Leo d. sect. 3. n. 100. Bossius d. sect. 2. casu 20. num. 2. Joan. de la Cruz in direct. conscient. p. 1. prac. 2. art. 2. dub. 10. concl. 3. me citato in hoc loco, Diana d. part. 1. tract. 11. resol. 59.

Sicut etiam votum virginitatis erit ab Episcopo dispensabile, si vovens intendat solum servare corporis integritatem, fugiendo primum actum venereum; si enim illum semel admittat, jam voti obligatio evanescit, ac subinde cum non sit perpetuæ castitatis, manet ab Episcopo dispensabile: secus erit si habeat intentionem castitatem simpliciter servandi, quia tunc erit reservatum, juxta ea quæ notant Sayr. d. cap. 11. num. 55. cum 4. sequent. Graff. d. cap. 31. n. 31. Guttier. de Matrim. cap. 123. n. 8. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 11. cap. 19. q. 10. Portel. in addit. ad dubia Regular. verb. voti dispensatio, n. 78. me citato in hoc loco, Diana moral. resol. p. 1. tract. 11. resol. 60. vers. & ita.

Hinc etiam ex dictis deducitur posse per Episcopum dispensari votum servandi castitatem conjugalem, cum id non sit votum castitatis absolutum, sed partis. Ita Henriquez lib. 9. de Indulgent. cap. 30. n. 6. Sanchez d. lib. 8. disp. 9. num. 14. & d. lib. 4. cap. 40. num. 50. Sanctarel. de Jubil. cap. 9. dub. 3. Fr. Ludov. à Cruce d. cap. 6. dub. 10. num. 10. Diana d. part. 1. tr. 11. resol. 62. Trullench. d. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 25. num. 10.



Sicut etiam potest dispensari votum de abstinendo à quovis peccato venereo, etiam mollitiei, quia hujusmodi vota non sunt absolutæ castitatis, cum possit sic vovens adhuc Matrimonium contrahere. Ita Diana d. p. 1. tract. 11. resol. 61. Valer. Reginald. d. lib. 18. cap. 22. n. 331. Less. lib. 2. cap. 40. n. 127. Bonac. d. §. 4. n. 21. vers. quinto, Trullench. d. cap. 3. dub. 15. n. 14. Molfes. in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 50. Ugolin. de potest. Episc. cap. 58. §. 3. n. 3. Portel. in addit. verb. Voti dispensatio, n. 78. Fr. Ludovic. à Cruce d. dub. 10. n. 12.

Limita quintò circa triplicis peregrinationis reservatæ votum, ut non procedat supradicta principalis resolutio, quando expressus voventis finis fuit non ad invisenda ea loca, sed ad alium finem, ut si quis promittat ire Romam ad invisendam imaginem Beatissimæ Virginis, vel ad osculandum Pontificis pedes, vel ad impetrandam alicujus peccati absolutionem ab eo, ac proinde in his casibus, & similiter in aliis cæterarum peregrinationum reservatarum posse Episcopum dispensare, resolvit Alzed. d. part. 2. cap. 8. n. 31. Sanch. d. cap. 40. n. 77. ubi n. 78. tenet posse etiam Episcopum dispensare in qualitate his peregrinationibus adjuncta, & n. 78. asserit votum non petendæ dispensationis ab alio quàm à Romano Pont. non esse reservatum, ac proinde posse Episcopum in illo dispensare: & n. 80. dicit in dubio an votum sit reservatum, nec-ne, judicandum esse in partem benigniorem, ut reservatum non censeatur, de quo etiam Diana moral. part. 4. tract. 3. resol. 39.

19 Circa votum etiam suscipiendi sacros Ordines resolve, non esse Papæ reservatum, sed posse per Episcopum dispensari, cum non sit castitatis, sed assumendi statum, cui castitas annexa est, Navar. conf. 32. in antiquis, alias 18. in novis de voto, Azor. d. lib. 11. cap. 19. q. 9. Filliuc. d. tract. 26. cap. 9. n. 262. Layman. d. c. 8. n. 8. Barthol. à S. Faust. d. lib. 3. q. 94. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 9. n. 13. & d. lib. 4. c. 40. n. 69. Basil. Pont. d. lib. 8. c. 8. §. 2. n. 21. Trullench. d. cap. 3. dub. 15. n. 26. Sanctarel. d. cap. 9. dub. 4. Molfes. d. tract. 11. cap. 15. n. 148. Ludovic. à Cruce d. c. 6. dub. 10. n. 6. Ugol. d. c. 58. §. 3. vers. quinto, Suar. d. c. 21. n. 6. cum seq. Sayr. d. c. 11. n. 60. Valer. Reginald. d. n. 331. vers. quarto, Leo d. sect. 2. n. 105. me citato in hoc loco, Boss. d. sect. 2. casu 20. num. 9. Diana d. part. 1. tract. 11. resol. 64. Bonac. d. §. 4. n. 17. quia, ut supra dicebam, tale votum non est votum castitatis, eo quod non promittit castitatem præsentem, sed futuram, scilicet postquam fuerit ordinatus: unde si iste talis antequam ordinetur, peccet cum aliqua, non proinde facit contra votum, Navar. ubi supra, & in man. cap. 12. n. 47. Azor. d. loco, Suar. d. cap. 21. n. 7.

20 Utrum autem possit quis ita se suo voto obligare, ut intendat efficaciter quod à nemine tolli possit, nisi à Papa, & ita suum votum efficere reservatum, licet alias non sit? Responde, quod non, cum Suar. dict. cap. 21. num. 15. apud quem à num. 11. cum duobus sequentibus, videbis nonnullas declarationes circa votum terræ Sanctæ.

21 Quæstio restat in hac materia non contemnenda, utrum scilicet qui habet potestatem dispensandi in votis, & juramentis, possit eadem commutare? In qua quæstione affirmativè respondendum est cum Sayr. in clavi Regia, lib. 5. cap. 8. n. 14. Less. d. lib. 2. cap. 41. n. 58. Suar. lib. 6. de voto, c. 9. num. ultim. & cap. 10. n. 1. Ugolin. de potestate Episcopi, c. 59. n. 5. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 52. à n. 1. novissimè Fr. Ludovic. à Cruce in exposit. Bullæ Cruciatæ, disp. 1. cap. 6. dub. 7. in princ. & Trullench. d. lib. 2. cap. 2. dub. 46. propter regulam, quæ habet, quod cui conceditur majus, & minus concessum esse videtur, ut in cap. cui licet §. 3. de reg. juris in 6. † qui propriè & absolutè procedit in his, quæ à Jure communi conceduntur, tradunt Jas. in l. 3. n. 43. ff. de constit. Princip. Felin. in cap. postu-

lasti, n. 9. de rescriptis, Rebuff. in praxi, tit. de dispens. ad plura, n. 64. & sic intelligitur text. difficilis in cap. ex parte 27. de decimis, ultra varios intellectus, quos adducunt Covar. lib. 1. var. cap. 17. n. 13. Fortun. in §. & quid si tantum, num. 164. Rebuff. de decim. q. 14. à primo. Menoch. conf. 36. à n. 2. & de eo supra tractavi alleg. 33. n. 1. Trullench. d. lib. 2. cap. 2. dub. 47.

Difficilior tamen quæstio est, an delegata potestate dispensandi in juramentis, seu votis, censeatur concessa potestas commutandi? Affirmativè respondendum est cum Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 19. 2. concl. 1. Henric. lib. 7. de Indulgent. cap. 30. n. 5. Sayr. d. n. 14. & eod. lib. 6. cap. 12. n. 15. & cap. 11. à n. 16. latè Suar. quæstionem disputante in utramque partem d. lib. 6. c. 12. n. 7. cum seq. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 11. n. 44. Bonac. in decem præcepta, disp. 4. q. 2. puncto 7. §. 3. n. 10. Filliuc. in quæst. moral. p. 2. tract. 26. cap. 9. n. 252. Paul. Layman. in sum. Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 8. n. 20. Homobon. de Bonis de examine Eccles. p. 1. tract. 5. c. 6. q. 40. Basil. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 10. n. 3. & 4. novissimè me citato in hoc loco, Boss. de triplici Jubilæi privil. sect. 2. casu 3. per tot. Licet contrarium teneant Navar. in man. cap. 12. n. 79. vers. illud, Sorb. Azor. & Beja, quos refert, & sequitur Sanch. d. lib. 4. cap. 53. n. 4. contra quos efficaciter urget, & retorquetur argumentum, quo illi utuntur; quia licet dispensatio sit odiosa respectu illorum cum quibus dispensatur, & uti talis restringenda, c. 1. de filiis Presbyt. in 6. cap. non potest, cap. cum in aliis, de præbend. eod. lib. Brunor. à Sole verb. Dispensatio, n. 7. Cardos. eod. verb. n. 9. & 19. Moner. de distrib. quotid. q. 14. n. 5. Girond. de privilegiis explicat. n. 1111. me citato Boss. d. casu n. 5. † nihilominus potestas dispensandi alicui concessa, non inter odiosa, sed inter favorabilia censenda est, ita ut quemadmodum beneficium Principis largissimè est interpretandum respectu ipsius, l. 3. de constit. Principum, cap. cum dilecti, de don. cap. olim, de verb. signific. Moner. d. q. 14. n. 39. Cardos. verb. Beneficium, num. 67. Valasc. conf. 58. n. 11. ita prædicta dispensandi potestas quoad eum, cui conceditur, latissimè est amplianda, text. optimus, ubi notarunt gloss. 2. & Abb. in cap. ult. de simon. in proposito Suar. d. cap. 12. num. 9. Less. d. cap. 42. n. 60. Boss. d. casu 3. num. 5. in fine.

E converso autem † data potestate commutandi juramenta, seu vota, non censeatur eo ipso potestas dispensandi concessa, ut post alios, quos refert, & sequitur, resolvit Suar. quæstionem disputans in utramque partem, d. cap. 12. à n. 1. usque ad n. 6. sequitur Valer. Reginald. d. lib. 18. n. 339. vers. potest, latè Ludovic. à Cruce d. dub. 7. à n. 1. Bonac. d. puncto 7. §. 4. n. 30. Sayr. d. cap. 11. num. 118. Basil. Pont. d. cap. 10. num. 1. Boss. d. sect. 2. casu 4.

## ALLEGATIO XXXVIII.

Episcopus an possit ad tempus, vel ad certum effectum interdictum suspendere, & quid liceat, vel non liceat ei agere tempore interdicti?

### SUMMARIUM.

- 1 Episcopus potest pro certa festivitate, vel occasione interdictum ad tempus suspendere, secundum aliquos.
- 2 Contrarium defendunt alij.
- 3 Distinctionis fœdere has contrarias opiniones ad concordiam reducunt alij.

4 Verior



4. Verior opinio est, quæ indistinctè tenet Episcopum nullum interdictum posse suspendere, etiamsi illud protulerit.
5. Absolvere qui valet à censura, non potest eandem ad tempus suspendere.
6. Censura quomodo dicatur pendere ab intentione proferentis.
7. Cap. dilectis, vers. qui verò, de appellat. declaratur.
8. Interdicti effectus in ejus prolatione potest Episcopus, dividere, & limitare.
9. Interdictum à Papa promulgatum non licet Episcopo per se, vel per alium violare, nisi in casibus à Jure permissis.
10. Episcopus violans suum interdictum incurrit penas Juris, & irregularitatem.
11. Episcopus ex privilegio Juris eximitur à generali interdicto loci, nisi dederit causam interdicto vel in eo culpabilis sit.
12. Interdicti tempore tenentur Missam audire sub precepto peccati mortalis, quibus ex privilegio, vel à Jure conceditur, ut possint divinis interesse.
13. Confirmationis Sacramentum licet Episcopo conferre tempore interdicti.
14. Episcopo licet tempore interdicti cum moderamine, cap. alma mater, consecrere Chrisma feria quinta in Cæna Domini.
15. Interdicto in loco, & personis interdictis non licet Episcopo Ordines conferre, etiam primam Tonsuram, nec aquam, palmas, vel cineres solemniter benedicere, ut num. 6.
16. Episcopo non licet ponere interdictum generale personale pro culpa unius privati hominis, nisi ex speciali commissione Papa.
17. Interdictum generale loci ob non solutionem debiti pecuniarij privati non potest Episcopus ponere sine licentia Papa.
18. Interdicti tempore licet Episcopis exercere jurisdictionem circa spiritualia.
19. Benedictionem privatam in itinere licet Episcopo dare tempore interdicti.

**R**o certa festivitate, vel occasione, veluti pro Missa nova, professione facienda, aut pro sepultura alicujus nobilis personæ, posse Episcopum interdictum suspendere ad tempus, vel ad certum effectum, videtur probare gloss. 1. in fine, in cap. presenti, de sent. excom. lib. 6. & docet Navar. in man. cap. 27. n. 183. sequitur Sayr. de censur. lib. 5. cap. 23. n. 18. & pro eis videtur expressa decisio text. in cap. dilectis, §. 5. vers. quia verò, de appell. ibi, Cujus effectum ad tempus duxerat suspendendum, & ibi notat glossa. Et in excommunicatione videntur firmare Covar. in cap. alma mater, §. 11. à n. 6. & Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcopum & Regulares, q. 14. pag. 329. dum tenent, quod licet excommunicatio verè non possit suspendi, tamen nihil impedit quin ab ea detur absolutio ad certum actum, vel tempus, quo finito ille reincidit in eandem excommunicationem, ut prius.

Contrarium tamen, imò Episcopum hujusmodi interdictum in prædictis casibus suspendere non posse, expressè resolvit Gloss. in cap. ad hac 37. de appellat. & eam sequuntur communiter Doctores, ut conitat ex relatis ab Henriq. in sum. lib. 13. c. 51. §. 4. vers. quartò, & constanter Avila de censur. disp. 6. dub. 6. concl. 4. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 19. diff. 12. n. 2. novissimè me citato Joan. Machado in tract. del perfitto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tr. 13. docum. 14. n. 4. ubi hanc partem dicit probabilem; ac contrarium in quocumque interdicto locali, aut personali generali tenent, qui plures afferunt rationes: tum quia Episcopi

sunt inferiores lege Pontificia, ac subinde eam servare, non autem privilegio, aut dispensatione tollere possunt, juxta regulam cap. cum inferior, de majorit. & obed. cum vulgaribus: tum etiam, quia censura secum trahit executionem, & idè nec per appellationem ejus effectus suspendi possunt, cap. pastoribus, §. verum, de appell. juncto d. cap. ad hac 37. eodem tit. ergo à fortiori neque Episcopus inferior poterit eam suspendere.

Alij tamen distinctionis fœdere has contrarias opiniones ad concordiam reducere nituntur hoc modo. Aut interdictum est latum à jure, vel ab homine: quando à jure prolatum est, ab Episcopo suspendi posse concedunt, ut ex Soto (qui hoc non dicit) in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. concl. 3. tradit Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 151. art. 1. & post Sylvest. Suar. tom. 5. disp. 38. sect. 3. n. 6. quod ea ratione probatur, quia quoties conditor Canonis censuræ absolutionem non reservavit, potestatem absolvendi Episcopis videtur concessisse, juxta regulam text. in cap. nuper, vers. in secundo, de sent. excomm. cum traditis per Sayr. de censur. lib. 2. cap. 19. n. 2. Cum ergo interdicti absolutio nemini soleat reservari, consequens fit, quod proprius Episcopus illud in totum tollere potest, & à fortiori ad tempus suspendere, juxta regulam l. qua de tota, ff. de rei vend. cum similibus. Aut interdictum ab homine prolatum est, & subdistinguitur, vel enim agimus de Episcopo, qui illud protulit, vel de aliis: in priori casu aiunt procedere primam sententiam affirmativam, quod Episcopus, qui interdictum protulit, illud pro certo tempore, aut causa suspendere valeat, & esse ita intelligendum textum in d. cap. dilectis, & praxim Salmanticæ, de qua testatur Navar. d. cap. 23. n. 183. in posterioribus verò procedere contrariam negativam, quod inferiores Romano Pontifice interdictum ab ipso Pontifice, vel ab aliis Prælati prolatum relaxare non possunt, nec in totum, neque etiam ad tempus suspendere. Atque ita hanc distinctionem expressè tradunt Covar. in cap. alma mater, part. 1. §. 11. n. 6. in vers. secundo, Henriq. d. §. 4. vers. 4. Suar. d. disp. 38. sect. 3. à num. 5. ex ea ratione, quia effectus censuræ ex intentione, & nutu pendent proferentis, cap. veniens 2. de testib. & eatenus ligant, quatenus intendit, qui ligat, ex reg. l. non omnis, ff. si certum petatur, & cap. non super, de officio delegati, cum vulg. Quæ omnia post hæc scripta, & me in alio loco citato, optimè tradit doctissimus Diana moral. resol. part. 5. tract. 10. resol. 69.

Verum licet supradicta hæc distinctio sit in praxi 5  
secura, & à Doctores recepta, in rigore tamen Juris indistinctè tenerem, nullum interdictum locale, vel etiam personale à Jure, vel ab homine prolatum, posse ab inferioribus Romano Pontifice, etiamsi illud protulerint, ad tempus suspendi: ita Abb. & Dec. in d. cap. ad hac, Sylvest. verb. Interdictum 3. q. 8. Avila d. concl. 4. junctis præcedentibus. Neque obstant fundamenta adducta per Doctores suprapositam distinctionem facientes, ad illud enim, quo probant suspendi posse ab Episcopo interdictum latum à Jure, quia potest absolvere ab omni censura Juris nemini reservata, responderetur cum Abb. & Avila negando consequentiam; nam eo quòd in totum absolvere possit, & censuram absolutione relaxare, minimè sequitur posse eandem ad tempus suspendere; patet differentiarum ratio, quia absolvendo in totum agit secundum naturam actus, & Juris dispositionem; quando verò suspendit effectum censuræ, quæ adhuc manet, contra naturam ipsius censuræ agit: medium enim ordinatum à Jure tollendas censuras est absolutio; proferuntur enim censuræ, ut non perpetuò durent, sed ut cessante contumacia cessent, & idè quando lex, quæ censuram imponit, nemini reservat absolutio-